

BIBLIOTHECA
SCRIPTORVM GRAECORVM ET ROMANORVM
TEVBNERIANA

MANILIUS
ASTRONOMICA

EDIDIT

L. VAN WAGENINGEN



PA
6500
M4
1915

1528

L I P S I A E
I N A E D I B V S B G . T E V B N E R I

~~324785W~~
Manilius, Marcus

(M. M A N I L I I)
ASTRONOMICA,

EDIDIT

IACOBUS VAN WAGENINGEN



324789
25. 2. 36.

LIPSIÆ IN AEDIBUS B. G. TEUBNERI MCMXV

M. M. A. N. I. I. I.
ASTRONOMIA



PA
6500
M4
1915

LIPSIÆ: TYPIS B. G. TEUBNERI

Printed in Germany

PRAEFATIO

Ex iis quae Paulus Thielscher¹⁾ de librorum Manilianorum recensione disputavit, satis apparet omnes illos libros (amplius viginti quinque) ex uno eodemque exemplari fluxisse²⁾, deinde duos vel tres (nam de tertio non constat inter viros Manilianos) codices esse, qui ex ipso archetypo³⁾ emanarunt quibusque textum Astronomicum niti oportet, tum reliquos codices omnes ex iis descriptos esse. Cum autem ipse archetypus perierit, magni momenti esse videtur et indolem trium illorum accuratius describere et necessitudinem, quae inter eos intercedit, pluribus verbis demonstrare.

Primum autem locum obtinet codex chartaceus Matritensis (bibliothecae nationalis **M** 31), cuius imaginem phototypicam, a v. cl. Gabrieli Ochoa Blanco confectam, ipse domi meae perpetuo conferre potui. Constat hic codex, quem Poggio anno 1417 per hominem „ignorantissimum omnium viventium“ ex archetypo describendum curavit⁴⁾, ex duabus partibus, quarum prior (fol. 1—59) Manilii Astronomica, posterior (fol. 60—115) Statii Silvas exhibet, utrumque opus eadem manu conscriptum. Illius partis prioris sunt quinque seniones, quorum primi quod quondam erat primum folium nunc amissum est, quo facto Manilii versus I

1) Philol. NF. XX p. 85—134; Garrod, Man. Astr. l. II Introd. p. XXXIV—XXXIX; Breiter, Man. Astr. Praef. I—XI.

2) Praeter argumenta a Thielschero p. 107 allata cf. adn. crit. ad IV 539, 745, 800; V 299, 425*, 656.

3) De archetypi forma Thielscher p. 129, Garrod p. XIX sqq.

4) Statii Silvae, ed. Klotz, praef. V; Stangl, BphW. 1913, no. 38 Sp. 1214.

1—82 interiorunt¹⁾, et pro sexaginta foliis undesexaginta tantum remanserunt (fol. 1—59). Ipse autem Manilii textus occupat fol. 1—54^r, qua de causa ultimi senionis undecim paginae (fol. 54^v—59^v) vacuae sunt. Singulae paginae plerumque quadragenos versus continent praeter eas, in quibus tituli vel capitula in textum inserta occurrunt. Litterae nitide exaratae sunt, sed non facile distinguas inter *u m n*. Librarius cum omnino nihil intellegeret eorum quae describeret, saepissime vocabula archetypi stulte depravavit aut male divisit, qui errores non numquam lineis transversis inter litteras ductis sublatis sunt, sed plurimis locis manserunt. Matritensis nusquam interpolatus, raro correctus est, verum passim in margine, etsi numerus non ita magnus est, alias praebet lectiones, fortasse additas, cum iam in Italia codex lectorum manibus versaretur. Eo ipso quod interpolationes desunt, ante alios nobis consulendus est, verum cognoscere ipsius archetypi lectiones prae multis illis erroribus nobis non liceret, nisi altero archetypi apographo L adiuveremur. Est codex Lipsiensis 1465 (L) membranaeus, qui benevole ab eo qui bibliothecae academicae Lipsiensi praeest, Groningam missus, ibi a me aestate anni 1913 in bibliotheca universitatis rursus collatus est. Hic codex, folia nonaginta sex continens, versus autem in quavis pagina scriptos vicanos ternos, vulgo dicitur ad saeculum XI pertinere, sed fortasse iam decimo saeculo exaratus est.²⁾ Quam difficilis lectu archetypus fuerit, etiam ex Lipsiensi perspicuum est, cui multa vitia cum Matritensi communia sunt, sed quandoquidem descriptus cum ipso archetypo rur-

U 1) In hac parte (I 1—82) nobis adeundi sunt codd. Urbinaes 667 et 668, qui fideliter Matritense exemplar expresserunt, cf. Breiter, Praef. p. X, Bechert, de M. em. r. p. 14.

2) Cf. L. Traubei de librorum LG aetate iudicium apud Thielscherum, p. 122: „an sich scheint auch mir die Schrift von L eher im allgemeinen etwas älter als die von G. Ich habe den Eindruck als habe dem Schreiber von L, nicht aber dem von G, direkt eine alte Hs vorgelegen. L ist wohl in der Gegend von G zu Haus. . . . In den Diözesen Lüttich und Metz.“

sus collatus esse videtur, neque ipse librarius homo plane indoctus fuit, multis locis genuinam lectionem nobis servavit. Non una manu scriptus est, ut Matritensis, sed inde a versu V 1 (fol. 80) altera manus litteras paulo maiores pingens incipit et officio suo fungitur usque ad V 289 (fol. 86^r), ubi prior manus quinque versus exaravit, deinde sequitur altera usque ad v. 395 (fol. 88^v), ubi iterum quinque versus a manu priore scripti sunt (395—398), tum altera opus suum continuat usque ad v. 556 (fol. 92^r), ubi prior tertium redit et usque ad finem versus Manilianos describere pergit. Etiam in correctionibus plures (tres) manus possunt distingui, quae non uno eodemque tempore codici operam dederunt. Ubicumque **M** et **L** inter se consentiunt, certum est ipsam archetypi lectionem nobis exhiberi, nam librarius codicis **M** semper dedit quod legere sibi videbatur, nihil mutavit, nihil addidit, tamquam machina quaedam scripsit, **L** vero in scribendo nonnumquam fallitur, menda sua vel archetypi, quae cuivis lectori luce clariora sunt, corrigit, etiam ad archetypum revertitur, ut veram lectionem quaeratur, rarissime interpolavit.¹⁾ Ita codices alter alteri succurrunt, sed cum iam archetypus mendosior fuisse videatur, ad ipsa Manilii verba penetrare sine ingenio Scaligeri, Bentleii aliorumque saepe nequimus.

Restat tertius codex Gemblacensis (**G**), olim monasterii Gemblacensis, nunc Bruxellensis bibliothecae regiae (no. 10012), membranaceus, saeculo XI perscriptus²⁾, forma octonaria foliorum 125 in quaternionum modum complicatorum, quorum folia 1—100 carmen Manilii, reliqua Prisciani grammatici Periegesin exhibent. Singulae paginae sunt versuum vicenorum singulorum, sed inde a folio 49 (III 96) hic numerus ad vicenos binos auctus est.³⁾ Usus sum collatione huius codicis, quam v. cl. P. Thomasius in Lucubrationibus Manilianis (anno 1888) edidit, nec minus

1) Cf. V 389: *olo taureus M*, *color aureus L*, *olor aureus Reg*.

2) Cf. Traubeum apud Thielscherum, p. 122.

3) Bechert, de M. Manilii emendandi ratione (anno 1878) p. 4—5.

ipse codicem in bibliotheca Universitatis Groninganae contuli, sed ubique Thomasia diligentiam singularem expertus et admiratus sum. Iure ab eo praeter manum primam, quae titulos et paucas lectiones varias versibus interiecit (**G**²), raro menda correxit, tres manus recentiores distinguuntur (saec. XV, XVI, XVII), ex quibus una in primi folii margine supremo addidit verba *Mālius poeta*, reliquae notas adscripserunt atque lacunas suppleverunt.

De Gemblacensis pretio viri Maniliani inter se dissentiunt, ita ut Garrodus¹⁾ eiusque censor Kraemerus²⁾ Gemblacensem pluris aestimandum Lipsiensi eumque passim ex fonte puriore, quam archetypus codicum Lipsiensis et Matritensis fuerit, hausisse putent, Thielscher vero et Traubeus eum ex Lipsiensi esse descriptum, idque a prudenti librario, qui neque interpolationibus neque coniecturis abstinuerit, censeant. Etsi Thielscher argumentis satis firmis iam demonstravit³⁾ Gemblacensem esse Lipsiensis apographum⁴⁾, tamen quia hodie plures ad Gemblacensis pretium augendum inclinant, Thielscheri argumenta meis confirmare non inutile iudico. Ex omnibus locis, unde effici potest, qualis inter **L** et **G** necessitudo fuerit, gravissimus est IV 422. Ibi **M** recte praebet:

laudatique cadit post paulum gratia ponti.

Sed librarius codicis Lipsiensis, vocabulo *paulum* inductus, scripsit dormiens:

laudatique cadit post paulum gratia Christi (xpī)

deinde alius locum correxit supra scribendo *ponti*. Quid **G**? Solam habet lectionem *Christi*, quoniam ex **L** ante descriptus est, quam altera manus hanc correctionem addidit, nam quominus hoc vitium iam in archetypo fuisse credamus,

1) Garrod p. XXXI.

2) Krämer, BphW. (1913) no. 30 Sp. 933—936.

3) Phil. NF. XX p. 112.

4) Cf. IV 511, 659, V 101. Hoc tantummodo statui licet Gemblacensem lemmata sumpsisse ex archetypo ipso, cf. Thielscher l. l. p. 114.

impedit lectio vera Matritensis, neque veri simile est duos librarios in eiusmodi errorem separatim incidisse. Adde haec exempla: IV 447 *laudet ML, gaudet G*; IV 524 *dote M, docte L, nocte G*; IV 541 *revocet ML², reticet L¹, retitet G*; IV 731 et 732 habet **M**, om. **LG**. Egregie librarius codicis **G** erravit in describendo IV 796. Ibi legitur in **M**: *aestibus*, in **L¹**: *astibus*, sed suprascriptum est non, ut primo obtutu videtur: *letibus*, quod **G** dedit, sed: *ictibus* (cf. adn. crit. ad I 171). In prima littera (*i*) facile aliquis falli potest et *l* pro *i* legere, sed de secunda littera nulla dubitatio est. Re vera *c* ibi exaratum est. Porro conferendi sunt hi loci: V 250 *craterum moris ML, craterum mortis G*; V 287 *destructos ML* (ubi **L** *x* supra descriptum habet), unde **G**: *exstructos*; V 322 *amoris ML¹, amaris L²G*; V 351 *agitavit onus M, agitavit aut omis L¹* (*aut* dittographia est exitus *-avit*), sed **L²** lineam transversam ducit sub *-avit*, unde **G** exhibet: *agit automis*; V 377 *ducis ML, dulcis G*; V 488 *rotantis ML¹, rorantis L², portantis G*; V 512 *ub M, vili L, vib(?) G*; V 528 *perjunditque ML², perfuntoque L¹, perfunctoque G*; V 600 *laxumque per ML², laxum per L¹, laxum per et G*; V 626 *vindentis ML¹, vincentis L²G*; V 716.

Contra afferuntur loci, praesertim a Garrodio¹⁾, ubi **G** solus veram lectionem servasse videtur. Sed plerisque illis locis eadem lectio etiam in **L²** invenitur, aut vera lectio facile coniectura poterat restitui, velut V 301 *teloque*, V 315 *pectora*, V 438 *in genus* (quod iam videtur inesse in **L²**: *ingeniis*, ubi *ii* facile cum *u* confundi potest), aut Garrodus erravit, sicut II 19, ubi *notavit* coniectura Francii est, **G¹** *notarit*, **G²** *rogarit* exhibet, vel IV 282, ubi *agilem* coniectura Susii est, **G** *illuc aligem* legit²⁾ quod finxit ex lectione **L**: *huc caliginem*. Inter lectiones, unde quis suspicari possit librario codicis **G** aliud exemplar praesto fuisse atque **L**, hae sunt: II 137 *condam G, quondam ML*; II 184 *calorem G, colorem ML*; II 254 *pectore G¹, corpore MLG²*; II 665 *iungitur G, ciugitur M, pingitur L*; II 584 *lis G², levis*

1) Pg. XXXI.

2) Cf. V 62.

G¹LM; III 659 *ducens G, ducem ML*; V 393 *peploque GC, populoque ML*, sed etiam haec exempla facile ex coniectura explicari possunt, praesertim cum lectio *peploque* in **C** quoque inest, qui codex sine ulla dubitatione Lipsiensis apographum est.¹⁾

Reliqui codices non possunt ad archetypum Manilianum restituendum, ne Venetus quidem (qui hodie periit), quem aliquando Io. Frid. Gronovius contulit, cuius collationem Iac. Gronovius cum Bentleio communicavit.²⁾ Sive hic codex ex Lipsiensi descriptus est, ut Thielscher vult, sive e codice vetustiore, nobis ignoto, quae Garrodii sententia est³⁾, interpolationis certe vestigia prae se fert atque idcirco caute usurpandus est. Quod idem valet de reliquis Manilii codicibus, quorum lectiones, si a **MLG** discrepant, nobis coniecturarum instar esse debent.

Inter eos imprimis nominandus est codex Bruxellensis **C** 10699, olim Cusanus (saec. XII) **C**, de cuius indole iam recte iudicavit Iacobus (praef. edit. p. IX). Est enim Lipsiensis apographon, eo tempore confectum, postquam ille iam correctoris manum passus est. Ex **C** profluxerunt Florentinus Laurentianus plut. 30, 15 chartaceus (saec. XV) **F**, qui 'quasi fons lectionis vulgatae' est⁴⁾ et Monacensis 15743 **M^{on}** (saec. XV) **M^{on}**, quorum uterque mihi notus est ex Becherti collationibus. Ipse excussi Vossianum 390 sive Leidensem 3, **V₂** anno 1470 scriptum, **V₂** a Iacobo appellatum, cuius altera pars (inde a II 692) Matritensis apographon est, non omni ex parte fidele, sed lectionibus e codice quodam familiae Lipsiensis foedatum.⁵⁾ His deterioribus (**C F M^{on} V₂**) usus sum, quotienscumque in iis certa quaedam emendatio reperiabatur loci in **MLG** corrupti, sed, ut iam supra dixi,

1) Cf. Phil. NF. XX p. 116.

2) Bentley, praef. ed. Manil. 1739, p. XIV.

3) Garrod p. LIV.

4) Bechert, ed. Manil. p. VI.

5) Thielscher p. 118. In priorie parte **V₂** miro modo cum **V₁** (= Vossiano 237 sive Leidensi 18) conspirat, qui Cusani similis est, cf. Iacob praef. ed. Man. p. IX, Bechert de Man. em. rat. p. 11—12.

lectiones illae non pluris faciendae quam coniecturae viro-
rum doctorum, inter quos praecipue mihi laudandi sunt Re-
giomontanus, qui multo melius de textu meruit quam aequa-
lis eius Bonincontrius, Scaliger vir in Manilio emendando
sagacissimus, Bentleius, Fayus, Pingreus, Iacobus, Bechertius,
Breiter, ut taceam de aliis, qui etiam nunc 'auras vitales
carpunt'.

De M. Manilii vita¹⁾ nihil nobis traditum est, quin etiam Vita
nomen eius varie in Matritensi scribitur. Subscriptio autem
libri I haec est: *M. Manilii Astronomicon liber primus ex-
plicit* cet. (nulla subscriptio in **LG**¹⁾), libri II: *M. Manlii
Boetii* (ita exaratum est, non *Boeni*, ut Mnem. 42, 111 de-
monstravi) *Astronomicon liber II explicit felicit* cet. (nullum
nomen in **LG**), libri III: *M. Milnili Astronomicon lib. III
explic.* cet. (nullum nomen in **LG**). Itaque nomen plenum
fuisse videtur: M. Manilius Boethius, sive hoc cognomen iam
antiquitus ei inditum erat, sive postea ei datum est, cum
Astronomicon poeta confusus est cum auctore librorum *de
consolatione philosophiae*, Anicio Manlio Torquato Severino
Boethio.

Plura exstant indicia temporis, quo Manilius carmen suum
condidit. In qua re investiganda nobis initium faciendum
est a certissimo indicio in l. I 898—903, ubi clades illa
Variana (9 p. Chr. n.) ita describitur, ut memoria eius, etsi
non recens, at tamen non oblitterata, in poetae mente ad-
huc haerere videatur. Deinde saepius in libro primo (vv. 7,
385, 800²⁾, 913) Augustus commemoratur tamquam vivus,
neque principem, cum Manilius verba illa de Capricorno³⁾,

1) Woltjer p. 25: 'cum igitur de Manilii aetate constet eum
floruisse Augusti regno exeunte (et Tiberii ineunte fortasse)
fere omnia de eo diximus, quae investigari possunt'.

2) Recte Ellisius N. M. p. 22 hunc locum cum Hor. C. III 3,
11—12 comparavit.

3) Optime exposuit Housmanus (Cl. Q. 1913 p. 110) Augustum
'a. d. VIII Kal. Oct. paulo ante solis exortum natum' (Suet.
Aug. 5) horoscopum habuisse in Libra, sed eo temporis mo-

horoscopo eius, in II 509 (*quid enim mirabitur ille maius, in Augusti felix cum fulserit ortum?*) pangeret, iam mortuum fuisse credibile est. Libri igitur I et II compositi esse videntur inter a^m 9 et a^m 14 p. Chr. Ex reliquis libris solus quartus temporis indicia continet (vv. 766, 776, 935), quae omnia ad aetatem spectant, qua Tiberius¹⁾ iam rerum potitus erat, Augustus modo mortem obierat (anno 14 p. Chr.), cf. IV 934—935:

*iam facis ipse deos mittisque ad sidera numen,
maius et Augusto crescet sub principe caelum,*

nam, ut recte animadvertit Garrodus²⁾, Manilius sine dubio animum Tiberii offendisset, si Augusto iam diu in deorum numerum recepto ultima verba *Augusto sub principe* usurpasset. Neque minus periculosum poetae fuisset Tiberii secessus Rhodii mentionem facere (IV 764) atque ita vetera vulnera retractare, nisi tempus ea iam callo obduxisset et principatus dulcedo amaritudinem exsilii consolata esset. Quae si recte disputata sunt, librum quartum anno 15 p. Chr. finitum esse nobis statuere licet. Restat liber quintus, cuius exordium tale est, ut poeta ortu et occasu siderum (τῶν παρανατελλόντων) pertractato summam manum operi suo impositurus videatur. At id quod non semel in libris superioribus pollicitus erat, se de vi ac potestate planetarum acturum esse³⁾, non praestitit, sive quia arte mathematicorum senatus consulto damnata⁴⁾ metuebat, ne opere perfecto consulentes de genitura cum suo periculo edoceret, quomodo verus horoscopus inveniendus esset⁵⁾, sive quod

mento in Capricorno fuisse Lunam, quae secundum aliam mathematicorum rationem „ortus nascentium moderari“ dicitur (Cic. de div. II 91). Quae ratio ne Manilio quidem ignota est, ut II 726 nos docet; cf. Nicklin, Cl. R. (1914) 28, p. 271—274.

1) De Tiberio sub Libra nato cf. Bickel RhMPh 65 p. 233; Man. IV 547 sqq. 2) p. LXIV.

3) Velut II 750: *verum haec posterius proprio cuncta ordine reddam*; 965; III 156, 585; V 4.

4) Tac. ann. II 32, Suet. Tib. 36.

5) Garrod Intr. p. LXXII.

morte impeditus est, quominus carmen suum absolveret (I 115). Atque hanc causam illa veri similiorem esse puto, quoniam toto carmine satis multa vestigia animadvertuntur, quae extremam illam manum operi non accessisse dilucide ostendant.¹⁾ Etiam pauci exstant versus, qui quamvis ab ipso poeta profecti, tamen iuxta vicinos ferri non possunt atque ex margine Manilii autographi librariorum culpa in textum irrepsisse videntur, quos ego asterisco signavi et quasi alteri recensione tribui, velut I 428, 429, 743, II 374.

Iam inde a temporibus Bentleii (ed. praef. p. X) multi Patria fuerunt, qui putarent Manilium peregrinum fuisse, sive in Asia, sive in Africa, sive in Gallia natum, ad quam sententiam inducti sunt partim cognomine illo Boenus, quod nonnullis ex Poenus depravatum esse videbatur, partim poetae sermone duro parumque dilucido. De cognomine iam supra (p. IX) a me disputatum est, elocutionem autem Manilianam instituta accurata inquisitione in usum scriptoris, cum aliorum scriptis comparatum, defenderunt Woltjerus (p. 30—40) et Adolfus Cramer (p. 21—55), ex quorum dissertationibus satis apparet Manilii genus dicendi neque barbarum neque absonum a legibus linguae Latinae fuisse, etsi 'idiotismi' non desunt, qui cum asperitate materiae tum egestate Latini sermonis facile excusantur (Scal. proleg. p. 3—4). Accedit quod ipse Manilius non semel significat se Romanum esse, suumque sermonem Graeco opponit, velut I 7, II 888, III 40—42, IV 37—42; II 897, 909, 916, 937, IV 818, 848, V 646, de quibus locis praeter Woltjerum etiam fuse egit Bechertius (de M. Man. Astr. poeta p. 8sqq.). Haec testimonia certo testantur poetam fuisse Romanum aut certe Italum.²⁾

1) Anno 17 p. Chr. n. Astronomica iam nota fuisse Germanico egregie demonstravit J. Moeller, Stud. Man. p. 41, imprimis nusus Germ. Arat. 184 cum Man. V 23 comparato. Nullum sextum librum a Manilio scriptum exstitisse, quem Firmicus adierit, ostendit Boll Sph. p. 388 et 404.

2) Cf. A. Krämer (diss. Marburg 1890), Appendix de Manilii patria p. 70.

Neque audiendus est idem Benteleus contendens Romanos adeo mature nondum astrologiae operam dedisse, nam iam ante Manilium scientiae siderali studuerunt M. Terentius Varro, cuius disciplinarum liber sextus totus erat de astrologia¹⁾ et P. Nigidius Figulus, in cuius opere separatim sphaera graecanica et sphaera barbarica tractabantur²⁾, et L. Tarutius Firmanus, qui Varrone amico rogante horoscopum urbis Romae computavit.³⁾ Nullum tamen horum auctorum Manilius adiit vel consuluit in carmine suo condendo, sicut ipse profitetur in exordio (I 1 sq.):

carmine divinas artes et conscia fati
sidera, diversos hominum variantia casus,
caelestis rationis opus, deducere mundo
aggredior primusque novis Heliconam movere
cantibus et viridi nutantis vertice silvas,
hospita sacra ferens nulli memorata priorum,

neque minus superbe, postquam vates superiores percensuit, carminis sui novitatem testatur II 57 sq.:

nostra loquar: nulli vatum debebimus ora
nec furtum sed opus veniet, soloque volamus
in caelum curru, propria rate pellimus undas.

Itaque Manilius gloriatur non aliorum poetarum⁴⁾ se insistere vestigiis sed novam materiem primum Romanorum versibus tractare, deinde se 'hospita sacra ferre', h. e. se carmen pangere e fontibus peregrinis (= Graecis) haustum.

Fontes Qui fontes illi fuerint, multi viri docti indagare studuerunt, post Woltjerum⁵⁾ et Lansonum⁶⁾, imprimis Fr. Bol-

1) Bechert de M. Man. Astr. poeta p. 7.

2) Boll Sphaera p. 357.

3) Id. p. 373.

4) Bechert l. l. p. 20: 'atqui talia poetam de se praedicaturum fuisse non est credibile, si etiam tunc Augusti nepos Arateorum Phaenomenon versionem Latinam in lucem edidisset', cf. p. XI.

5) Woltjer Progr. Gron. (1881 '2) p. 50: 'Hipparchum ei ignotum fuisse videbimus . . . Arati Phaenomena legit'.

6) Lanson de Man. p. (1887) p. 53.

lius¹⁾, Fr. Malchinus²⁾, Eduinus Muellerus³⁾, postquam sententia Gruppii⁴⁾ existimantis Varronis doctrinam in carmine Maniliano reperiri a Dielsio⁵⁾ refutata erat. Si illas investigationes paucis complector, haec summa est. Multa debet Manilius Posidonio, praesertim in libro primo et quarto, sive agit de ipsa doctrina astronomica, sive de fato, de mundi ordine et *συμπαθεία*, de animi humani natura et origine divina et immortalis, de rerum futurarum praedictione, de generis humani cultu et eruditione, sive astrologi-
cam geographicam lectoribus proponit.⁶⁾ Quae sumpta a Manilio videntur partim ex Posidonii opere, quod inscribitur *περὶ μετεώρων*, partim ex Protreptico eius (sc. argumenta philosophica), partim — quod attinet ad res geographicas — ex libro quem *περὶ ὠκεανοῦ* composuerat. Sed iuxta Apamenum Manilius etiam alio fonte in libro primo usus est. Iam Maassius in Arati Phaenomenon editione adnotavit, quibus locis poeta Romanus carmen Graecum adhibuerit, nec minus Malchinus (p. 47sq.) hos locos inter se comparavit et versuum comparatione absoluta hoc sibi persuasum habet Manilium talem Arati editionem usurpasse, cuius in margine interpretationis causa ad singulos versus scholia adscripta essent.

Verum diu latebat, unde Manilius scientiam ipsius artis astrologicae sumpsisset. Eduinus Mueller (p. 29) Riessium⁷⁾ secutus suspicabatur poetae quoddam enchiridion artis astro-

1) Boll, Stud. ü. Claud. Ptolemaeus (1894) p. 218—235.

2) Malchin, de auctoribus quibusdam qui Posidonii libros meteorologicos adhibuerunt (1893) p. 11, 23, 51, 54.

3) E. Müller, de Posidonio Manilii auctore (1901) p. 1, 35.

4) Gruppe, Hermes II (1876) p. 235—239: 'vielmehr muß Manilius das vollständigste varronische Werk dieses Faches vor sich gehabt haben, d. h. wahrscheinlich das sechste Buch der Disciplinae'.

5) Diels, Rhein. Mus. 34 (1879) p. 487; Doxogr. p. 196, 3.

6) Contulit Manilium cum Posidonii fragmentis, a Gemino, Achille, Ps-Aristotele *περὶ κόσμου* servatis Malchinus p. 1—40. Addiderunt non pauca et correxerunt nonnulla Bollius l. 1. p. 229 et Ed. Müller p. 1—28.

7) Pauly-Wissowa, Realencycl. II p. 1819.

logicae praesto fuisse, sed in hac re perscrutanda non longius progressus est. Forte fortuna paucis annis ante a Fr. Cumontio¹⁾ in codice Angelicano Gr. 29 (s. XIV) f. 120^v caput inventum est, ubi de sideribus sphaerae barbaricae agitur, deque indole hominum qui sub iis nati sunt, quod caput a Bollio in Sph. p. 543 et a B. A. Muellero (de Asclepiade Myrleano p. 22) editum est. Postrema verba illius fragmenti haec sunt: ταῦτα δ' ἡμῶν καὶ Ἀσκληπιάδης ὁ Μυρλεανὸς ἐν τῇ βαρβαρικῇ σφαίρᾳ δεδήλωκε. Cum autem ab Asclepiade (qui aetate Pompeii fuit et studiis suis Arateis pellectus astronomiae operam navasse videtur) plus decem sidera ibi enumerantur, quibus orientibus eadem vis ab eo tribuitur, quae a Manilio in libro quinto (cf. v. 262sq.), non sine causa Bollius suspicatus est Myrleanum in fontium Manilii numero habendum esse. Praeterea idem liber quintus Manilii, in quo describitur, quid efficiant sidera παρανατέλλοντα una cum parte quadam Zodiaci consurgentia, multa habet communia cum Teuceri Babylonii fragmentis, quae sub nomine 'textus alterius Teuceri' a Bollio edita sunt (Sphaera p. 31sq.). Quoniam autem Teucer, qui primo p. Chr. n. saeculo vixit, nonnullis sideribus sphaerae barbaricae eadem nomina dedit atque Asclepiades Myrleanus (Sphaera p. 545), consentaneum est similitudinem, quae inter Manilium et Teucrum intercedit, ita explicandam esse, ut utrumque ex eodem fonte hausisse statuamus. Sed haec quaestio nondum ad finem perducta est.

Scribit Firmicus in prooemio libri tertii § 4: 'quare illi divini viri atque omni admiratione digni Petosiris (<et> Nechepso, quorum prudentia ad ipsa secreta divinitatis accessit, etiam mundi genituram divino nobis scientiae magisterio tradiderunt, ut ostenderent atque monstrarent hominem ad naturam mundi similitudinemque formatum isdem principiis, quibus ipse mundus regitur et continetur, perenniter perpetuitatis sustentari fomitibus'. Constat hodie scripta illa sub nomine Nechepsonis et Petosiridis vulgata, ab anti-

1) Cat. codd. astr. Gr. V 1. p. 188.

quis plurimi aestimata (quorum fragmenta ab Ernestio Riessio¹⁾ summa cura collecta sunt) inter a^m 170 et a^m 100 a. Chr. n. emissa esse, ut Krollius²⁾ docuit, ad cuius sententiam etiam Bollius³⁾ accessit. Si illa scientia Aegyptiaca, qua etiam L. Tarutius Firmanus in urbis Romae horoscopo computando usus est⁴⁾, iam eo tempore pernotuit, admodum veri simile Manilium in libris II et III componendis hunc fontem haud sprevisse, qui signorum dispositionem ei dabat eumque *περὶ δωδεκατημορίων, περὶ τῶν ἐπὶ κλήρων, περὶ τῆς τῶν δώδεκα τόπων πινακικῆς ἐκθέσεως*⁵⁾ edocebat. Et profecto quae a Manilio disputantur de Fortunae loco computando (III 195—196):

si quis erit, qui tum materna excesserit alvo,
verte vias, sicut naturae vertitur ordo

similitudinem magnam praebent cum Nech. et Pet. fragm. 19a (Rieß p. 363): *ὅταν κλήρον τύχης λαμβάνῃς, ἡμέρας μὲν ἀπὸ ἡλίου ἐπὶ σελήνην ἀρίθμει καὶ τὰ ἴσα ἀπὸ ὠροσκόπου καὶ ἐπὶ τὰ ἐπόμενα τῶν ζῳδίων ἀπόλυε, νυκτὸς δὲ τὸ ἀνάπαλιν. τὸ ἀνάπαλιν δὲ τί ἐστίν; ἵνα ἀπὸ σελήνης ἐπὶ ἡλίον ποιήσῃς καὶ μηκέτι εἰς τὰ ἐπόμενα, ἀλλ' εἰς τὰ ἡγούμενα ἀπολύσῃς (cf. 'verte vias').⁶⁾*

Sed quoniam Manilius planetas carmine suo exclusit neque deos Aegyptiacos in zodiaci decanos recepit (Man. IV 292sqq.; Firm. IV 22, 2), pro quibus ipsa signa substituit, non mirum est, si in hac parte nulla similitudinis vestigia apparent.⁷⁾

1) Philol. Suppl. VI p. 327—378.

2) N. J. (1901) 7 p. 577.

3) Sphaera p. 374; Cat. codd. astr. VII 130: 'vix post a. 150 a. Chr. n.'

4) Plut. Rom. XII; Boll Sphaera p. 373.

5) Nech. et Pet. fragm. p. 364.

6) Non igitur recte Breiter Comm. p. 85: 'ich glaube, daß die Aegyptier den Manilius richtig auffassen', sed contra Manilius bene intellexit Aegyptios.

7) De Man. I 44: 'quas secat Euphrates, in quas et Nilus inundat' cet. cf. Rieß, Philol. 54, 188, 3.

Ornatus
poeticus

Iam a multis ¹⁾ animadversum est, quantopere Manilius, praesertim in prooemiis, Lucretium imitatus esset, quamvis in philosophia omnino ab eo abhorreret. Sed fieri non poterat, quin is qui primus carmen de astronomia conderet, exemplum sibi sumeret poema Latinum, quod de rerum natura scriptum esset. Simul poeta Stoicus gratam sibi occasionem arripiebat adversarium Epicureum vel impugnandi vel oblique perstringendi. Verum imitatio non ubique directa et simplex est, sed saepius contaminata et intricata, cum Manilius, rhetorum ²⁾ discipulus, non modo in priscorum, sed etiam in aequalium poetarum operibus multum versatus sit, ita ut verba Lucretiana identidem iis quae a Vergilio vel Ovidio mutuatus erat, emendare studuerit. Tota haec res egregie exposita est ab H. Roeschio ³⁾, qui explorandi viam ingressus est, quam Hosius in libello de imitatione scriptorum Romanorum cet. (anno 1907) monstraverat. Ornatum vero poeticum et mythologicum, quatenus Manilius sumpsit ex Catulli Vergilii Ovidii carminibus, collegit Adolfus Cramer. ⁴⁾ Quod ad Culicem attinet, pauca eaque notabilia exempla similitudinis idem Roeschius ⁵⁾ protulit. De Grattio disseruit Eduinus Mueller. ⁶⁾ Si re vera carmen, quod Aetna inscribitur, paulo

1) Woltjer, Progr. Gron., p. 53sqq.; Boll, Stud. ü. Cl. Ptol., p. 218, 1.

2) Edw. Müller, zur Charakteristik des Man., Philol. 62 (1903) N. F. 16, p. 82—85.

3) Hans Rösch, Manilius und Lucrez (diss. Kiel 1911) p. 6, 32, 47, 61, 77, 90, 115 (index).

4) De Manilii qui dicitur elocutione (Argentorati 1882), p. 59—89. Ipse de poetis, quos Man. imitatus est, incommentario agam.

5) Operae pretium est ipsa verba eius laudare (l. l. p. 46): 'Culex 370 f. weist also Teile von Man. I 792, Lucr. III 1034, ja vielleicht auch von Verg. Aen. VI 842/3 auf, was nach dem Gesagten zu dem Schlusse zwingt, daß unser Culex nach Man. V 207 (cf. Cul. 220) fällt und somit nicht der Vergils sein kann, auf den sich die klassischen Zeugnisse beziehen'.

6) Philol. 62 (N. F. 16), p. 68sqq.: Man. I 90 et Grat. Cyn. 8; Man. V 217 et Grat. Cyn. 445, cf. Jacob in ed. s. v. *metus* p. 213. Num Lygdamus IV 38 exemplo fuerit Manilio (V 331), ut Muellerus arbitratur (p. 80), dubium.

post Vergilii Georgica editum est¹⁾, non negandum est fieri potuisse, ut Manilius id poema cognosceret et nonnullas verborum iuncturas ex eo sumeret (velut Aetna 247: *quo vocet Orion* et Man. V 12: *hinc vocat Orion*; Aetna 230 et Man. III 55), sed pleraque exempla similitudinis (plus viginti), quae Aetnae editor doctissimus in adnotatione et in ipsa praefatione (p. 93) attulit, mihi magis casui aut cognationi cuidam studiorum quam imitationi cogitatae et quaesitae tribuenda esse videntur (cf. Woltjer p. 19).

Restat, ut de scriptoribus, qui Manilium imitati sunt, nonnulla addam. Eorum numerus parvus est²⁾, nimirum quia argumenti difficultas multos ab Astronomicis legendis deterruit. Primus Lucanus, astrologiae non fastidiosus, quippe qui etiam Nigidii scripta nosse videatur (de bello civ. I 639 sqq.), Astronomica legisse se ostendit et compluribus locis³⁾ conformatione quadam verborum utitur, quae versus Manilianos in memoriam nostram redigat. Post eum Iuvenalis (IX 32) notum illud fata regunt orbem (Man. IV 14) ab oblivione hominum vindicavit (cf. etiam Iuv. X 175 sqq. (Mayor) et Man. I 776; Iuv. X 257 sqq. et Man. IV 45 sqq.). Porro inveniuntur pauca imitationis vestigia apud Nemesianum⁴⁾, Claudianum⁵⁾, Dracontium.⁶⁾ Denique saeculo quarto p. Chr. n. Iulius Firmicus Maternus, spoliator magis quam imitator Manilii, in Matheseos libro octavo per longas ambages et inflatos ambitus orationis solutae Manilii librum quintum de ortu siderum quae παρανατέλλοντα vocantur reddidit⁷⁾ auctoris nomine suppresso⁸⁾ addiditque de suo ea, quae ad eorundem

Manilii
imitatores

1) Sudhaus, Aetna, praef. p. 83.

2) Boll, Stud. ū. Cl. Ptol., p. 219, 3.

3) Hosius, Rhein. Mus. 48 (1893), p. 393 sqq.

4) cf. Man. I 760. 5) Birt, praef. p. CCII.

6) Roßberg, Fl. Jahrb. 119 (1879), p. 476 (Man. I 800).

7) Boll, Sphaera, p. 394—411.

8) Uno tantum loco (VIII 6, 7) Manilium tecte significare videtur: 'in Arietis parte XXX . . . exoritur Capra, quam fabulosi poetae alimenta volunt Iovi immulsisse nutricia', quocum cf. Man. V 132.

siderum occasum pertinent. In illa parte apparet Firmicum saepius verba poetae perperam intellexisse, ut iam Skutschius docuit¹⁾, quae exempla facile possunt augeri.²⁾ Sed interdum verba eius viam monstrant emendandi versus Manilianos, velut Man. V 355, ubi in **O** traditum est *mutarunt*, quod cum Postgatio mutandum est in *mularum*, quemadmodum Firm. VIII 13, 3 (*mulomedicus*) probat. Num Man. V 135 pro *fidae* legendum sit *trepidae*, ut Skutschius proposuit fretus Firm. VIII 6, 7: 'erunt nimia *mentis trepidatione* solliciti', dubium mihi videtur.

Postulavit Bollius³⁾ a futuro Manilii editore, ut etiam exploraret, quali Astronomicon codice Firmicus usus esset, an inter codices adhuc exstantes familia quaedam inveniri posset, ad quam codex a Firmico adhibitus propius accederet. Sed eiusmodi investigatio magnopere impeditur eo quod Firmicus nusquam versus Manilianos ad verbum attulit sed ubique circuitationibus et anfractibus gavisus est ad exemplum suum exprimendum, ita ut hodie verba cum verbis, non lectiones cum lectionibus conferri possint. Accedit quod textus Manilii, ut supra demonstratum est (p. III) talibus codicibus nobis traditus est, ut omnes ab uno archetypo originem ducere videantur neque plures classes familiaeque distingui possint. Ex archetypo codices **M** et **L**, ex **L** descriptus est **G**, nonnumquam cum archetypo collatus, ubi lemmata addenda erant (p. VI, 4), sed omnes reliqui codices ab **M** aut ab **L** orti sunt. Itaque origo librorum manuscriptorum plane simplex est. Re vera nonnulli existimaverunt in **G** vestigia alterius archetypi obvia esse, quam opinionem supra (p. VII) refutavi, sed etiam illa suspicio non potest lectionibus e Firmico prolatis corroborari.

1) Skutsch, Rhein. Mus. 65 (1910), p. 627; Firm. VIII 12, 1 et Man. V 295.

2) Firm. VIII 10, 7 et Man. V 246.

3) Sphaera p. 398, ann. 1: „die eigentliche Aufgabe wäre eben die, zu untersuchen, ob in unserer Maniliusüberlieferung sich noch eine Gruppe heraushebt, die dem Maniliustext nahekommt, und diese dann auf ihren Wert genau zu prüfen“.

Haec sunt imitationis exempla, quae indagare potui. Fortasse initio saeculi quinti Martianus Capella¹⁾ Manilium legit, nam scribit VIII 812 (p. 301 ed. Eyssenhardt): 'haec enim verecundae arbitror probitatis motus cursusque proprios ipsis edisserere qui moventur docereque deos velle quod faciunt', quae verba videntur respicere ad Man. IV 915 sqq.:

atque adeo faciem caeli non invidet orbi
ipse deus vultusque suos corpusque recludit
semper volvendo seque ipsum inculcat et offert,
ut bene cognosci possit doceatque videntis,
qualis eat, cogatque suas attendere leges,

sed post eum nusquam mentio fit neque Manilii neque eius operis. Etiam medio aevo poeta latebat, nam verba in epistula, quam Gerbertus (postea pontifex maximus electus nomine accepto Sylvestri II) anno 988 ad Rainandum Monachum scripsit²⁾: 'age ergo et te solo conscio ex tuis sumptibus fac ut mihi scribantur M. Manlius de astrologia' cet., non referenda sunt ad huius Manilii *Astronomica*, sed ad octo volumina, quae Anicius Manlius Torquatus Severinus Boethius (cf. p. IX) de astrologia scripsit, ut perspicuum est ex alia Gerberti ad Adalbertum epistula (8), ubi haec eadem volumina commemorantur. Littera autem M. ante nomen 'Manlius' in priore epistula e dittographia orta esse videtur.³⁾

Primus Poggio codice Manilii invento (anno 1417) rursus hominum litteratorum animos ad poetam in oblivione iacentem convertit (cf. p. III) primusque Iohannes Regiomontanus typis describenda *Astronomica* curavit (cf. p. XX).

1) Woltjer l. l. p. 16.

2) Epist. 130 in opere quod inscribitur: du Chesne Hist. Francorum vol. II p. 819; Havet p. 117; Woltjer l. l. p. 14.

3) Garrod, Class. Quat. 3 (1909), p. 56.

EDITIONES

saec. XV:

- Regiomontana (1474) ex officina Iohannis de Regiomonte („Johann Müller von Königsberg“) habitantis in Nuremberga oppido Germaniae celebratissimo. | Neapolitana altera (1475—1480).
 Bononiensis (1474?).
 Bonincontrii (1484).
 Dulcinii, Mediolani (1489).
 Aldina prima, Venetiis (1499).
 Neapolitana prior (1475). |
 Editio in quarto *sine loco et anno*.

saec. XVI—XX:

- Romana (1510)
 Pruckneri Basileae (1533 et 1551) } Aldinam reddunt paucis
 Antonii Molinii (1551 et 1561) } rebus mutatis.
 Ios. Scaligeri I Parisiis (1579) (cui similis est editio 1590, Heidelbergensis; accedunt variae lectiones Francisci Iunii), II Lugduni (1600), III Argentorati (1655, accedunt Bullialdi et Reinesii notae).
 Edw. Sherburnii version, London 1675.
 Mich. Fayi in usum Delph. Parisiis (1679). Insunt P. D. Huetii animadversiones et index vocabulorum.
 Th. Creechii version, London 1697.
 Gasp. Bandini trad. in verso sciotto in corp. vet. poet. Lat. Mediolani (1737), tom. XVI et XVII.
 Rich. Bentleii, Londini (1739).
 Eliae Stoeberi, Argentorati (1767).
 Edm. Burtoni, Londinii (1783).
 Pingrei cum interpretatione Gallica et notis, Parisiis (1786).
 Weberi in corp. poet. Lat. Francofurti ad Moenum p. 601 sqq. 1833).
 Ios. Mercklii, Des Marc. Man. Himmelskugel Lat. u. Deutsch Aschaffenburg (I 1844; II 1857).
 Frid. Jacobi, Berolini (1846).
 Ludovici Ricouarti, Les cinq livres des Astr. de M. M., traduction en vers, Paris (1883).
 A. Covini, M. Manilio Astronomicum libro I tradotto e illustrato con note e con un planisferio celeste, Torino (1895).
 Malw. Becherti ed. in fascic. III p. 6--46 corp. poet. Lat. a Postgatio ed., Londini (1900).
 A. E. Housmani M. Man. Astr. liber primus; accedunt emend. lib. II III IV, Londinii (1903).

- Theod. Breiteri *M. Man. Astr. I Carmina, II Kommentar, Lipsiae (1907 et 1908).*
 C. L. Rossetti, *Man. Astr. libro primo, versione italiana, Romae (1907).*
 H. W. Garrodi *Man. Astr. liber II, Oxonii (1911).*
 A. E. Housmani *Man. Astr. liber II, Londinii (1912).*
 J. van Wageningen, '*M. Man. Astr. in het Nederlandsch vertaald*', Leiden (1914).

DISSERTATIONES ET ADNOTATIONES

- Baehrens, Aem., *Krit. Saturae, Fleckeis. ann. 105, 1872, p. 626 sqq.*
 Barone, M., *Xenia Romana, p. 29 (ad I 354—360), Romae 1907.*
 Barthii, *Casp. Advers. comment. lib. LX, Francofurti 1624.*
 Bechert, Malw., *de Man. emend. ratione, Leipz. Stud. I, 1878, p. 3 sqq.*
 — —, *zu Man., Fleckeis. ann. 1879, p. 798 et 1889, p. 845 sqq.*
 — —, *de M. Manilio Astr. poeta, Lipsiae 1891.*
 — —, *Prolegomena in M. Man., Cl. R. XIV 1900, p. 296 sqq.*
 Bickel, E., *de Manilio et Tiberio Caesare, RhMPh. 65 (1910), p. 233—248.*
 — —, *ad Man. I 285, RhMPh. 69 (1914), p. 419.*
 Bitterauf, H., *Obs. Man. diss. Erlangensis 1898.*
 Brackenhofer, J. J., *Obs. ad Man. ex ed. Stoeberi, Argentorati 1767.*
 Breiter, Th., *de emendatione Manilii, Hamm 1854.*
 — —, *zu Man. Fleckeis. ann. 1889, p. 193 sqq., 693 sqq., 845 sqq.; 1893, p. 417 sqq.*
 — —, *WkPh. XXI (1904), p. 689 sqq.*
 — —, *die Planeten bei Man., Philol. 1905, p. 154 sqq.*
 Brodribb, C. W., *Man. II 189—191, Cl. R. 27, 3, p. 93.*
 Burmanni, P., *Obs. misc. I p. 85 sqq., IV p. 362 (1732).*
 Carrionis, L., *ant. lect. comm. III, Antverpiae 1576.*
 Cramer, Ad., *de Man. qui dicitur elocutione, Argentorati 1882.*
 — —, *der Infinitiv bei Man., Straßburg 1889.*
 — —, *über die ältesten Ausg. v. Man., Ratibor 1893.*
 Diels, H., *ad Man. I 718 sqq. RhMPh. 34 p. 490 sqq. (1879).*
 Dorvillii, J. Ph., *Char. Aphrod. libri VIII, Lipsiae, 1783.*
 Ellis, R., *Noctes Manilianae, Oxonii 1891.*
 — —, *Collation of the Matritensis Cl. R. 7, 310 sqq., 356 sqq., 406 sqq.; 8 p. 4 sqq., 138 sqq., 285 sqq.*
 — —, *on Manilius, Ha 8 p. 261 sqq. (1893).*
 — —, *the literary relations of Longinus and Man. Cl. R. 13 p. 294.*
 Freier, B., *de M. Man. aetate, Göttingen 1880.*
 Garrod, H. W., *Cl. Q. 1909 p. 54—55.*

- Genthe, Burs. Jahr. 1880, II p. 173 et 1883, II p. 251.
 Gevartii, Casp., Elect. lib. III, Lutetiae Par. 1619.
 Gronovii, J. T., Obs. lib. tres, ed. II Lugd. Bat. 1662.
 Gruppe, O., zum sogen. Man., Herm. 11 p. 235 sqq. (1876).
 Haupt, M., Opusc. II p. 341, III p. 43, 473, 577, 583, Berolini 1898.
 Heringae, Adr., Obs. crit. liber singularis, Leovardiae 1749.
 Hosius, C., Lucan und seine Quellen, RhMPh. 1893 p. 393 sqq.
 Housman, A. E., Emendations JPh. 26 p. 60 sqq. (1898); 27
 p. 162 sqq. (1900).
 — —, ad Man. I 423, Cl. R. 17 p. 343 (1903).
 — —, Man. Augustus Tiberius Capricornus and Libra Cl. Q. 7,
 2, p. 109—114 (1913).
 Huber, D., Tent. obs. in Man. Astr., Basileae 1789.
 Jacob, Fr., de M. Manilio poeta, quinque progr. Lübeck 1832
 —1836.
 Jortin, J., Critical remarks on Man., misc. II London 1790.
 Iunii Biturigis, Fr., notae in off. Sanctandreae 1590.
 Kleingünther, H., Quaestiones ad Astronomicum libros qui
 sub Man. nomine feruntur pertinentes. diss. Jena 1905.
 — —, Textkrit. und exeg. Beiträge zum astrol. Lehrgedicht des
 sogen. Man., Leipzig 1907.
 Köstlin, H., ad Man. II 1 et IV 189, Philol. 40 p. 182 (1881).
 Krämer, Aug., de Man. qui fertur Astronomicis, diss. Marburg
 1890.
 — —, Ort und Zeit der Abfassung d. Astr. Man. Frankfurt a. M.
 1904.
 — —, de locis quibusdam . . . in astr. . . l. I ab Housmano
 . . . corruptis, Frankfurt a. M. 1906
 — —, Burs. Jahr. 139, 234 (anni 1902—1908).
 Kroll, W., ad Man. IV 17; 27; I 25 RhMPh. 60 p. 558 (1905).
 Lachmann, C., de aetate Man., Göttingen 1815 (Kl. Schr. II 42).
 Lanson, G., de Man. poeta eiusque ingenio, Paris 1887.
 Malchin, F., de auctoribus quibusdam, qui Posidonii libr. me-
 teorol. adhibuerunt, diss. Rostock 1893.
 Melillo, M., Maniliana, Napoli 1907.
 Möller, J., Studia Maniliana, diss. Marburg 1901.
 — —, ad Man. V 341 ALL. 12 p. 463 (1902).
 Müller, B. A., de Asclepiade Myrleano, diss. Leipzig 1903 (cf.
 Boll, Sph. p. 543).
 Müller, Ed., de Posidonio Manilii auctore, diss. Leipzig 1901.
 — —, zur Charakteristik des Man., Philol. 62 p. 64 (1903).
 Müller, Luc., zu Man. IV 37—42, Phil. 15 p. 490.
 — —, Krit. Beitr. RhMPh. 17 p. 188 (1862).
 Nolte, J. H., zu Man. I 21, Jahns Arch. 19 p. 471.
 Pierleoni, G., l'alliterazione nell' Astronomicum di Manilio, 1907.
 Postgate, J. P., Silva Maniliana, Cantabrigiae 1897.

- Postgate, J. P., *Silvae Man.* appendix, *JPh.* 25 p. 266 (1897).
 — —, upon *Man. Cl. R.* 12 p. 292 (1898).
 — —, emend. of *Man. V* 372, *Cl. R.* 13 p. 402 (1899).
 — —, on *Man. V* 555 and 133, *Cl. R.* 14 p. 63 (1900).
 — —, on *Man. III* 590—617, *Cl. Q.* 3 p. 590—617 (1908).
 Prinz, K., *Die zeitlichen Indizien in den Astr. des Man.*, *ZöGy.* 63, 7 p. 673—693.
 Ramorini, Fel., *Quo annorum spatio Man. Astr. libros composuerit*, *Stud. Ital. di Fil. Class. VI* p. 318—352 (1898).
 Rhoer, J. de, ad *Man. in Fer. Daventr. s. misc. II* c. 9 (1758).
 Rieß, E., ad *Man. I* 44, *Philol.* 54, 188, 3.
 Rösch, H., *Manilius und Lucrez*, diss. Kiel (1911).
 Rossberg, K., zu *Man.*, *Fleck. ann.* 139 p. 705; 145 p. 74 (1889, 1892).
 Salmasius, Cl., *de annis climact. et ant. astrol. diatr.* Lugd. Bat. 1648.
 Schmidt, M., zu *Man. Philol. VIII* p. 750 (1853); *ZG. VIII* p. 94, *IX* p. 422 (1854—1855).
 Schrader, J., lib. emendat. *Leopardiae* 1776.
 Schwarz, C. G., *Commentatio de ed. Regiomontana*, Altorf 1764.
 Skutsch, F., *Firmiciana*, *RhMPh.* 65 p. 627 (1910).
 Smyly, J. G., the second book of *Manilius*, *Ha* 38 p. 137—168 (1912).
 Soldati, B., ad *Man. II* 952, *Riv. di filol. et d'istr. class.* 28 p. 287.
 Susius, H. D., *Coni. crit. in Gurlittii anim. ad auct. vet. III Hamburgae* 1806.
 Tappertz, Ed., *de coniunctionum usu apud Man.*, diss. Münster 1892.
 Thielscher, P., *de Statii Silvarum Sili Manilii scripta memoria* *Philol.* 66 (N. F. 20) p. 85—134 (1907); *RhMPh.* 62 p. 485 sqq., 1907 (de *Vaticanis* 5160 et 1711, *Parisino* 8022, *Monacensi* 15743).
 — —, *Man. I* 25—29, *RhMPh.* 63 p. 311 (1908).
 Thomas, P., *Lucubrationes Manilianae. Inest cod. Gembl. coll., Gandavi* 1888.
 — —, ad *Man. V* 124 et 349, *RIP.* 32 p. 374.
 — —, *Notes et conjectures sur Man.*, Gand 1891.
 — —, *Notes critiques sur Man. etc.* *Bull. Ac. royale de Belg.* 29 p. 548 (1895).
 Tolkiehn, J., ad *Man. I* 880—891, *WklPh.* 1897 p. 782; 1912 (14) no. 33/34. *Burs. Jahr.* 1912 p. 45, 46, 51.
 Tristan, J., *Comm. hist.*, Paris 1635.
 Unger, R., *Man. IV* 146 in *Lexid. Friedland* 1862 p. 11.
 Voigt, W. de, *Unter welchen Gestirnen wurden Caesar, Agrippa und Tiberius geboren?* *Philol.* 58 p. 170 (1899).

- Wageningen, J. van, *Maniliana*, *Mnem.* 41 p. 194—206; 42 p. 110—118 (1913—1914).
 Woltjer, J., de *Manilio poeta*, *Progr. Gymn. Groningen*, 1881—1882.

OPERA AD ANTIQUORUM ASTRONOMIAM ET ASTROLOGIAM PERTINENTIA

- Boll, F., *Sphaera*, Leipzig 1903.
 — —, *Studien über Claudius Ptolemaeus*, *Jahrb. für class. Philol.*, Suppl. 21 p. 51—243 (1894).
 Bouché-Leclercq, A., *L'astrologie Grecque*, Paris 1899.
Catalogus codd. astr. Graec., ed. Boll, Cumont, Kroll, Olivieri, vol. I—VII, *Bruxellis* (1898—1912).
 Cumont, F., *Astrology and Religion among the Gr. and Rom.*, London 1912.
 Heiberg, J. L., *Einleitung in die Altertumsw.* II p. 408—411, *Astronomie und Astrologie*.
 Kroll, W., *Aus der Geschichte der Astrologie*, *NJklA.* 7 p. 559—577.
 Maaß, E., *Aratea*, *Philol. Unt.* 12 p. 1—416 (1892).
 — —, *Comm. in Arati rel.*, *Berolini* 1898.
 Rieß, E., *Nechepsonis et Petosiridis fragm. magica*, *Philol. Suppl.* 6 p. 327—388 (1891).
 — — (*Pauly-Wissowa-Kroll, Real-Enc.*) *Astrologie*.
 Thiele, G., *Antike Himmelsbilder*, *Berlin* 1898.

ORTHOGRAPHICA ET PALAEOGRAPHICA

Quod ad orthographiam attinet, haec lectores monere velim. Ubique scripsi: *caelum*, *monimenta* (cf. I 323), *vultudo* (I 404 *valitudo* O), *gyros* (I 440 *giros* O), *Bacchum* (II 17 *Bachum* O), *exsiliit* (I 166 *cxiliit* O), *exurgit* (I 439 *cxurgit* O), *conexo* (III 348 *connexo* MG), *idcirco* (IV 709 *iccirco* G), etiam contra codicum auctoritatem. Nec minus assimilationem adhibui in *assuetas* (I 273 *adsuetas* LM), *immensum* (I 295 *immensum* O) et eiusmodi formis. Porro edidi: *tremesceret* cum M (I 101), *umor*, *umidus* cum eodem (I 138, 141), *harena* cum G (I 160), *claudentis* (I 274 *cludentis* LM) cum eodem, *aetheriosque* (I 282) cum M. Ubi codices in exitu accusativi plur. III decl. inter se dis-

crepant, Matritensem tamquam fidele archetypi apographum secutus sum, velut I 155 *natantis* (**ML**).

Saepissime, praesertim in **M**, inter se confunduntur *s* et *f* (II 135, 158, 272, 607; III 243; V 407, 669), *quot* et *quod* (I 508—509), *census* et *sensus* (II 69, 457, 516), *rabidus* et *rapidus* (II 550; V 224); in **L** perpetuo *ae* et *e* (*speciae* I 450). Deinde ad indolem scripturae archetypi cognoscendam conferendi sunt hi loci, ubi **M** et **L** non idem ex eo exscripserunt: I 128 (*in idem L*, *unde M*), II 195 (*vernīs M*, *ver tus L*¹), II 228 (*posidque M*, *positique L*), III 82 (*modum M*, *mundo L*), III 292 (*cadendi M*, *canendi L*¹), III 508 (*sint M*, *stant L*¹), V 50 (*utra M*, *vera L*), V 146 (*frocitisque M*, *fortisque L*¹), V 470 (*Cefeus M*, *cestus L*¹), V 567 (*privatis M*, *primatis L*¹), V 563 (*rupes M*, *ripes L*¹). Ad quam codicum discrepantiam si addas etiam vitia Matritensis propria, in quo singula vocabula toties prave divisa sunt, facile conicias archetypum litteris grandibus (scriptura capitali rustica?) exaratum fuisse.¹)

Restat, ut gratias agam Guilielmo Vollgrauff, collegae amicissimo, quod in plagulis corrigendis strenue me adiuvit.

Scrpsi Groningae mense Martio a. MCMXIV.

J. van Wageningen.

1) Discrepantiae lectionis, quales sunt VTRA et VERA (V 50), POSIDQVE et POSITIQVE (II 228) cet. potius ex scriptura capitali rustica quam ex unciali ortae videntur. Raro inter se confunduntur *d* et *cl*, cf. IV 916, V 373, II 863 (*seclis* pro *sedis* **G**).

CONSPECTUS SIGLORUM

M = Matritensis 31 (anno 1417) incipit a I 83

L = Lipsiensis 1465 (saec. XI).

G = Gemblacensis 10012/3 (saec. XI).

O = MLG.

Deteriores.

C = Cusanus Bruxellensis 10699 (saec. XII).

U₁ = Urbinas 668 (802) (saec. XV) } adhibentur tantum modo in

U₂ = Urbinas 667 (803) (saec. XV) } I 1—83 deficiente M.

F = Florentinus Laurentianus 30, 15 (saec. XV).

M^{on} = Monacensis 15743 (saec. XV).

V₂ = Vossianus 390 sive Leidensis 3 (anno 1470).

V₁ = Vossianus 237 sive Leidensis 18 (saec. XV).

V^{en} = codex Venetus.

Bech. = Bechert, *Bentl.* = Bentley, *Bon.* = Bonincontrius,
Br. = Breiter, *Burm.* = P. Burman, *Gron.* = J. F. Gronovius,
Housm. = Housman, *Huet.* = Huetius, *Kleing.* = Kleingünther,
Lachm. = Lachmann, *Markl.* = Markland, *L. Mue.* = L. Muel-
ler, *Postg.* = Postgate, *Reg.* = Regiomontanus, *Rein.* = Reine-
sius, *Scal.* = Scaliger, *Thom.* = P. Thomas, *ss.* = supra scriptum
vel scripsit, *in m.* = in margine, *man. rec.* = manus recentior.

LIBER PRIMUS

Carmine divinas artes et conscia fati
 sidera, diversos hominum variantia casus,
 caelestis rationis opus, deducere mundo
 aggredior primusque novis Heliconam movere
 cantibus et viridi nutantis vertice silvas, 5
 hospita sacra ferens nulli memorata priorum.
 hunc mihi tu, Caesar, patriae princepsque paterque,
 qui regis augustis parentem legibus orbem
 concessumque patri mundum deus ipse mereris,
 das animum viresque facis ad tanta canenda. 10
 iam propiusque favet mundus scrutantibus ipsum
 et cupit aethrios per carmina pandere census.
 hoc sub pace vacat tantum; iuvat ire per ipsum
 aera et immenso spatiantem vivere caelo
 signaque et adversos stellarum noscere cursus. 15
 quod solum novisse parum est. impensius ipsa
 scire iuvat magni penitus praecordia mundi,
 quaque regat generetque suis animalia signis,
 cernere et in numerum Phoebos modulante referre.
 bina mihi positis lucent altaria flammis, 20
 ad duo templa precor duplici circumdatus aestu

10 Lucan. I 66

13—15 Germ. Arat. I 10—13

(usque ad versum 83 deest in M')

Arati Philosophi Astronomicum liber primus incipit prelibatio **L** (Marci Manilii *ss. man. saec. XVI*); *inscriptio genuina erasa in G* (Mālius poeta *man. saec. XV*); *de M cf. ad I 83*.

5 nutantis **LU**₂ nutantes **G** imitantes **U**₁ 11 propius mundusque favet **U**_{1.2} 12 census *Scal.* sensus **LG** 13 hoc **LG** hac **U**_{1.2} vacat **GU**₁ (*in m.*) vocat **LU**_{1.2} tantum **LGU**₁ (*in m.*) tandem **U**_{1.2} 18 quaque *Scal.* quaeque **LG**

carminis et rerum: certa cum lege canentem
mundus et immenso vatem circumstrepit orbe
vixque soluta suis immittit verba figuris.

25 quem primum interius licuit cognoscere terris
munere caelestum. quis enim condentibus illis
clepsisset furto mundum, quo cuncta reguntur?
quis foret humano conatus pectore tantum,
invitis ut dis cuperet deus ipse videri?

30 tu princeps auctorque sacri, Cyllenie, tanti;
per te iam caelum interius, iam sidera nota
sublimis aperire vias inumque sub orbem,
et per inane suis parentia finibus astra
nominaque et cursus signorum, pondera, vires,
35 maior uti facies mundi foret et veneranda
non species tantum, sed et ipsa potentia rerum,
sentirentque deum gentes quam maximus esset.
[qui sua disposuit per tempora, cognita ut essent
omnibus et mundi facies caelumque supernum.]

40 et natura dedit vires seque ipsa reclusit,
regalis animos primum dignata movere
proxima tangentis rerum fastigia caelo,
qui domuere feras gentes oriente sub ipso,
quas secat Euphrates, in quas et Nilus inundat,
45 qua mundus redit et nigras super evolat urbes.
tunc qui templa sacris coluerunt omne per aevum
delectique sacerdotes in publica vota
officio vinxere deum, quibus ipsa potentis
numinis accendit castam praesentia mentem,
50 inque deum deus ipse tulit patuitque ministris.
hi tantum movere decus primique per artem
sideribus videre vagis pendentia fata.

22 rerum LGU₁ (in m.) circum U_{1.2} 25 lucuit G 26 mu-
nere G² munera LG¹U_{1.2} 29 invitis LG immitis U₂ dis]
diis GU_{1.2} 32 inumque] unumque U₁; 32-34 post 29 coll.
Seal. 37 interpolatum putat Breiter 38-39 inseruit Bon.
desunt in O 40 et naturaque L¹ 44 serat U₂; versum
delevit Bentl. 46 tunc O 48 iunxere U₂ 50 in quem U₁

singula nam proprio signarunt tempora casu,
 longa per assiduas complexi saecula curas:
 nascendi quae cuique dies, quae vita fuisset, 55
 in quas fortunae leges quaeque hora valeret,
 quantaque quam parvi facerent discrimina motus.
 postquam omnis caeli species redeuntibus astris
 percepta in proprias sedes, et reddita certis
 fatorum ordinibus sua cuique potentia formae, 60
 per varios usus artem experientia fecit
 exemplo monstrante viam speculataque longe
 deprendit tacitis dominantia legibus astra
 et totum aeterna mundum ratione moveri
 fatorumque vices certis discernere signis. 65
 nam rudis ante illos nullo discrimine vita
 in speciem conversa operum ratione carebat
 et stupefacta novo pendebat lumine mundi,
 tum velut amissis maerens, tum laeta renatis
 sideribus, variosque dies incertaque noctis 70
 tempora nec similis umbras iam sole regresso,
 iam propiore suis poterant discernere causis.
 necdum etiam doctas sollertia fecerat artes,
 terraque sub rudibus cessabat vasta colonis;
 tumque in desertis habitabat montibus aurum, 75
 immotusque novos pontus subduxerat orbes;
 nec vitam pelago nec ventis credere vota
 audebant: se quisque satis novisse putabant.
 sed cum longa dies acuit mortalia corda
 et labor ingenium miseris dedit et sua quemque 80
 advigilare sibi iussit fortuna premendo,

62 Claud. c. min. IX 45

73 Claud. Rapt. III 32

53 signari $U_{1.2}$ (corr. in m.) 59 percepta $U_{1.2}$ prae-
 cepta LG 64 aeterna Scal. alterna LG mundum $GU_{1.2}$
 mundi L 65 discernere] discurrere Scal. 70 variosque]
 variosne Postg. signo interrogationis posito post causis (v. 72)
 71 nec] non Ellis 72 discernere] haud cernere ego dubitanter
 76 immotusque LG ignotusque $U_{1.2}$ 78 se LGU $_{1.2}$ sed C
 Jacob

seducta in varias certarunt pectora curas,
 et quodcumque sagax temptando repperit usus.
 in commune bonum commentum laeta dederunt.
 85 tunc et lingua suas accepit barbara leges,
 et fera diversis exercita frugibus arva,
 et vagus in caecum penetravit navita pontum,
 fecit et ignotis itiner commercia terris.
 tum belli pacisque artes commenta vetustas;
 90 semper enim ex aliis alias proseminat usus.
 ne vulgata canam: linguas didicere volucrum,
 consultare fibras et rumpere vocibus angues,
 sollicitare umbras imumque Acheronta movere
 in noctemque dies, in lucem vertere noctes.
 95 omnia conando docilis sollertia vicit.
 nec prius imposuit rebus finemque manumque,
 quam caelum ascendit ratio cepitque profundam
 naturam rerum causis viditque quod usquam est;
 100 nubila cur tanto quaterentur pulsa fragore,
 hiberna aestiva nix grandine mollior esset,
 arderent terrae solidusque tremesceret orbis,
 cur imbres ruerent, ventos quae causa moveret,
 pervidit solvitque animis miracula rerum
 eripuitque Iovi fulmen viresque tonantis
 105 et sonitum ventis concessit, nubibus ignem.
 quae postquam in proprias deduxit singula causas,
 vicinam ex alto mundi cognoscere molem
 intendit totumque animo comprehendere caelum,

84 Lucan. II 390: 'in commune bonus'

82 seducta] diducta *Jacob* 83 ab hoc versu incipit *M*, in
 quo hic titulus: Manilii Astronomicon et Statii Papinii Sylvae
 et Asconii Pediani in Ciceronem et Valerii Flacci nonnulla
 84 commentum *M*²*LG* commenta *M*¹ commentis *Reg.* laeta
MLG docta *M* (*in m.*) 88 itiner *LG* inter *M* iter in *Ven.*
 linter *Housm.* ignotas inter commercia terras *ego* 90 alias *F*
 alia *O* 91 ne *G* nec *ML* 96 manumque] modumque *Scal.*
 98 naturam] naturam et *M*² causis *M*¹*LG* causas *M*²
 101 tremesceret *M* tremisceret *LG* 104 tonanti *Breiter* to-
 nandi *Bentl.* 105 sonitum *F* solitum *O* ventis] mentis *M*

attribuitque suas formas, sua nomina signis,
 quasque vices agerent certa sub sorte notavit, 110
 omniaque ad numen mundi faciemque moveri,
 sideribus vario mutantibus ordine fata.

hoc mihi surgit opus non ullis ante sacratum
 carminibus. faveat magno fortuna labori,
 annosa et molli contingat vita senecta, 115
 ut possim rerum tantas emergere moles
 magnaque cum parvis simili percurrere cura.

et quoniam caelo descendit carmen ab alto,
 et venit in terras fatorum conditus ordo,
 ipsa mihi primum naturae forma canenda est, 120
 ponendusque sua totus sub imagine mundus.

quem sive ex nullis repetentem semina rebus
 natali quoque egere placet semperque fuisse
 et fore principio pariter fatoque carentem;
 seu permixta chaos rerum primordia quondam 125
 discrevit partu, mundumque enixa nitentem
 fugit in infernas caligo pulsa tenebras;

sive individuus in idem reditura soluta
 principiis natura manet post saecula mille,
 et paene ex nihilo summa est nihilumque futurum, 130
 caecaque materies caelum perfecit et orbem;

sive ignis fabricavit opus flammaeque micantes,
 quae mundi fecere oculos habitantque per omne
 corpus et in caelo vibrantia fulmina fingunt;
 seu liquor hoc peperit, sine quo riget arida rerum 135
 materies ipsumque vorat, quo solvitur, ignem;

aut neque terra patrem novit nec flamma nec aer
 aut umor, faciuntque deum per quattuor artus
 et mundi struxere globum prohibentque requiri

111 numen **MLG** numerum **M** (*in m.*) 112 variis **G**
 113 non ullis **MG** nonnullis **L** 117 *post h. v.*: de origine
 mundi **O** 118 et **ML²G** at **L¹** 128 in idem **LG** unde **M¹**
 unde est **M²** 130 summa *Bech.* summum **ML¹** sumptum **L²G**
 sumpta *Breiter* 135 hoc **O** haec **V₂** 138 umor **M¹** humor
M²LG; dium **M** 139 prohibentque **F** prohibetque **O**

- 110 ultra se quicquam, cum per se cuncta creentur,
 frigida nec calidis desint, aut umida siccis,
 spiritus aut solidis, sitque haec discordia concors,
 quae nexus habilis et opus generabile fingit,
 atque omnis partus elementa capacia reddit: —
 145 semper erit genus in pugna, dubiumque manebit
 quod latet et tantum supra est hominemque deumque:
 sed facies quaecumque tamen sub origine rerum,
 convenit et certo digestum est ordine corpus.
 ignis in aetherias volucer se sustulit oras
 150 summaque complexus stellantis culmina caeli
 flammaram vallo naturae moenia fecit,
 proximus in tenuis descendit spiritus auras
 aeraque extendit medium per inania mundi:
 ignem flatus alit vicinis subditus astris,
 155 tertia sors undas stravit fluctusque natantis
 aequora per fudit toto nascentia ponto,
 ut liquor exhalet tenuis atque evomat auras
 aeraque ex ipso ducentem semina pascat,
 ultima subsedit glomerato pondere tellus,
 160 convenitque vagis permixtus limus harenis
 paulatim ad summum tenui fugiente liquore:
 quoque magis puras umor secessit in auras,
 et siccata magis struxerunt aequora terram,
 adiacentque cavis fluidum convallibus aequor,
 185 emersere fretis montes, orbisque per undas
 exsiliit vasto clausus tamen undique ponto.

140 creentur L ² creantur L ¹ MG	141 nec] ne G	umida M ¹
humida M ² LG	142 consors L ¹	143 quae Scal. quem O
habilis M ¹ LG	labilis M ²	144 capacia Scal. rapacia O
146 tantum] captum Huet	hominemque LG	hominumque M
Huet	deumque LG	diumque M
	147 facie quaecumque Brei-	ter facies quaecumque Scal.
		post rerum interp. Jacob
149 oras Bentl. auras O	155 fluctusque G	flatusque ML
156 aequora L ² G	aequore ML ¹	perfundit M ¹
158 aeraque L	aereque MG	160 harenis G arenis ML
162 au- ras Bentl. undas O	163 siccata LG	fetata M
strinxerunt C	166 exiliit O	struxerunt O

imaque de cunctis mediam tenet undique sedem,
 idcircoque manet stabilis, quia totus ab illa
 tantundem refugit mundus fecitque cadendo
 undique ne caderet (medium totius et imum est). 170
 ictaque contractis consistunt corpora plagis
 et concurrento prohibent in longius ire.
 quodni librato penderet pondere tellus,
 non ageret cursus mundi subeuntibus astris
 Phoebus ad occasum et numquam remearet ad ortus. 175
 lunave submersos regeret per inania cursus.
 nec matutinis fulgeret Lucifer horis.
 Hesperos emenso dederat qui lumen Olympo.
 nunc quia non imo tellus deiecta profundo,
 sed medio suspensa manet, sunt pervia cuncta. 180
 qua cadat et subeat caelum rursusque resurgat.
 nam neque fortuitos ortus surgentibus astris
 nec totiens possum nascentem credere mundum
 solisve assiduos partus et fata diurna.
 cum facies eadem signis per saecula constet. 185
 idem Phoebus eat caeli de partibus isdem.
 lunaque per totidem luces mutetur et orbes,
 et natura vias servet, quas fecerat ipsa.
 nec tirocinio peccet circumque feratur
 aeterna cum luce dies, qui tempora monstrat 190
 nunc his nunc illis eadem regionibus orbis,
 semper et ulterior vadentibus ortus ad ortum,
 occasumve obitus, caelum et cum sole perennet.

168 Lucan. IX 469: 'stabilis manet' 187 Lucan. I 91

167 mediam et *Jacob* 168 illa *Scal.* illo O 170 imum
 ML²G unum L¹ 171 ictaque L itaque G letaque M
 contractis] contra actis *Jacob* contra ictis *Breiter* 172 pro-
 hibent in O prohibentur *Huet* 175 et om. M 177 fulge-
 rent G¹ 178 emenso *Bentl.* immenso (inmensio) O 179 imo
 LG uno M 181 cadat et subeat *Fayus* caderet subeat O
 184 fata ML² facta L¹G 186 iisdem G 190 qui V₂ quod O
 monstrat F monstrant O 192 ad ortum *Scal.* ad ortus O
 193 occasumve LG occasum ne M et om. L perennet G per-
 heenet ML *post h. v.:* quare terra sit rotunda O

nec vero natura tibi admiranda videri
 195 pendentis terrae debet. cum pendeat ipse
 mundus et in nullo ponat vestigia fundo,
 quod patet ex ipso motu cursuque volantis,
 cum suspensus eat Phoebus currusque reflectat
 huc illuc agiles et servet in aethere metas,
 200 cum luna et stellae volitent per inania mundi,
 terra quoque aerias leges imitata pependit.
 est igitur tellus mediam sortita cavernam
 aeris et toto pariter sublata profundo
 nec patulas distenta plagas, sed condita in orbem
 205 undique surgentem pariter pariterque cadentem.
 haec est naturae facies; sic mundus et ipse
 in convexa volans teretes facit esse figuras
 stellarum; solisque orbem lunaeque rotundum
 aspiciamus, tumido quaerentis corpore lumen,
 210 quod globus obliquos totus non accipit ignes.
 haec aeterna manet divisque simillima forma,
 cui neque principium est usquam, nec finis in ipsa,
 sed similis toto ore manet perque omnia par est.
 sic tellus glomerata manet mundique figura.
 215 ideirco terris non omnibus omnia signa
 conspiciamus. nusquam invenies fulgere Canopum,
 donec Niliacas per pontum veneris oras;
 sed quaerent Helicen, quibus ille supervenit ignis,
 quod laterum tractus habitant, medioque tumore
 220 eripiunt terrae caelum visusque coercent.
 te testem dat, luna, sui glomeraminis orbis,
 quae cum mersa nigris per noctem deficiis umbris,

194 natura tibi **M**^{on} tibi natura **O** 198 currusque *Bentl.*
 cursumque **O** 212 ipsa *Bentl.* ipso **O** 213 toto ore manet
Breiter toto remanet **O** 214 tellus *Jacob* stellas **M** stellis
LG Scal. manet *Scal.* manent **O** mundique *ego* mundumque **O**
Jacob figura *Scal.* figurant **O** figurat *Jacob* 217 Niliacas **M**
 (*in m.*) **G** ad Niliacas **L** adiacas **M** 220 coercent] cohercent
L²**G** coherent **ML**¹ 221 glomeraminis *Gron.* glomerabilis **O**
 222 deficiis **L**¹**G** deficit **ML**²

non omnis pariter confundis sidere dempto,
 sed prius eoae quaerunt tua lumina gentes,
 post, medio subiecta polo quaecumque coluntur, 225
 ultima ad hesperios infectis voveris alis
 seraque in extremis quatiuntur gentibus aera.
 quodsi plana foret tellus, semel orta per omnem
 deficeret pariter toti miserabilis orbi.
 sed quia per teretem deducta est terra tumorem, 230
 his modo, post illis apparet Delia terris
 exoriens simul atque cadens; quia fertur in orbem
 ventris et acclivis pariter declivia iungit
 atque alios superat gyros aliosque relinquit.
 ex quo colligitur terrarum forma rotunda. 235
 hanc circum variae gentes hominum atque ferarum
 aeriaeque colunt volucres. pars eius ad aretos
 eminet, austrinis pars est habitabilis oris
 sub pedibusque iacet nostris supraque videtur
 ipsa sibi fallente solo declivia longa 240
 et pariter surgente via pariterque cadente.
 hanc ubi ad occasus nostros sol aspicit ortus,
 illic orta dies sopitas excitat urbes
 et cum luce refert operum vadimonia terris;
 nos in nocte sumus somnosque in membra vocamus. 245
 pontus utrosque suis distinguit et alligat undis.
 hoc opus immensi constructum corpore mundi
 membraque naturae diversa condita forma
 aeris atque ignis terrae pelagique iacentis
 vis animae divina regit, sacroque meatu 250
 conspirat deus et tacita ratione gubernat
 mutuaeque in cunctas dispensat foedera partes,
 altera ut alterius vires faciatque feratque,

223 confundis **G** confundit **ML** dempto *Boll* gentes **O** (*cf.*
v. 224) 226 voveris] volucris **L** *versibus* 223 224 225 226
appictae sunt litterae a d e b in L 229 toti **ML**²**G** toto **L**¹
 237 adortos **M**¹ 238 oris **ML** horis **G** 243 orbes **M**¹ 245 som-
 nosque **ML** somnos **G** vocamus *Burm.* locamus **O** 252 mutua-
 que *Bentl.* multa quod **M**¹ et multa **M**²**LG** 253 altera *Fayus*
 alter **O**

summaque per varias maneat cognata figuras.

- 255 nunc tibi signorum lucentis undique flammis
 ordinibus certis referam, primumque canentur
 quae media obliquo praecingunt ordine mundum
 solemque alternis vicibus per tempora portant
 atque alia adverso luctantia sidera mundo:
 260 omnia, quae possis caelo numerare sereno:
 e quibus et ratio fatorum ducitur omnis,
 ut sit idem mundi primum quod continet arcem,
 aurato princeps Aries in vellere fulgens
 respicit admirans aversum surgere Taurum
 265 summisso vultu Geminos et fronte vocantem,
 quos sequitur Cancer, Cancrum Leo, Virgo Leonem,
 aequato tum Libra die cum tempore noctis
 attrahit ardenti fulgentem Scorpion astro,
 in cuius caudam contento dirigit arcu
 270 mixtus equo volucrum missurus iamque sagittam,
 tum venit angusto Capricornus sidere flexus:
 post hunc inflexa defundit Aquarius urna
 Piscibus assuetas avide subeuntibus undas,
 quos Aries tangit claudentis ultima signa.
 275 at qua fulgentis caelum consurgit ad Arcetos,
 omnia quae summo despectant sidera mundo,
 nec norunt obitus unoque in vertice tendunt,
 in diversa situ caelumque et sidera torquens
 aera per gelidum tenuis deducitur axis
 280 libratumque regit diverso cardine mundum.

272 Germ. Arat. l 387: 'defundit Aquarius undas'

- 262 *post h. v.*: de XII signis de ariete L de XII signis et
 primo de ariete M (*in m.*) 264 aversum M adversum LG
 265 vocantem M LG nocantem M² 271 angusto LG Augusto M
 272 inflexa defundit Aquarius urna M inflexam diffundit A.
 urnam LG 274 claudentis G cludentis ML 275 at qua
Scal. atque M atqui LG caelum M caelo LG *in m.*: axis M
 de axe L 276 mundo O caelo C 277 unoque LG imo-
 que M tendunt Schrader tantum O 278 torquens Schrader
 torquent O 280 liberatumque L¹

sidereus circa medium quem volvitur orbis
 aetheriosque rotat cursus: immotus at ille
 in binas Aretos magni per inania mundi
 perque ipsum terrae directus constitit orbem.
 nec vero e solido stat robore † corporis eius. 235
 nec grave pondus habet, quod onus ferat aetheris alti:
 sed cum aer omnis semper volvatur in orbem,
 quoque semel coepit, totus volet undique in ipsum,
 quodcumque in medio est, circa quod cuncta moventur,
 usque adeo tenue, ut verti non possit in ipsum 290
 nec iam inclinari nec se convertere in orbem.
 hoc dixere axem, quia motum non habet ullum,
 ipse videt circa volitantia cuncta moveri.
 summa tenent eius miseris notissima nautis
 signa per immensum cupidos ducentia pontum: 255
 maioremque Helice maior decircinat arcum,
 septem illam stellae certantes lumine signant,
 qua duce per fluctus Graiae dant vela carinae.
 angusto Cynosura brevis torquetur in orbe
 quam spatio, tam luce minor; sed iudice vincit 300
 maiorem Tyrio. Poenis haec certior auctor,
 non apparentem pelago quaerentibus orbem.
 nec paribus positae sunt frontibus; utraque caudam
 vergit in alterius rostro sequiturque sequentem.
 has inter fusus circumque amplexus utramque 305
 dividit et cingit stellis ardentibus Anguis,
 ne coeant abeantve suis a sedibus umquam.
 hunc inter mediumque orbem, quo sidera septem

301 Germ. Arat. I 45: 'certior est Cynosura'

282 aetheriosque **M** aethereosque **LG** 284 constitit *Scal.*
 conspicit **O** 285 stat robore **O** corporis eius (ei') **M** cor-
 poris ei **LG** corpus in illo *ego* corporis axis *Bech.* corporis
 aerē *Bickel* corporeusque *Housm.* 290 possit **LG** posset **M**
 294 notissima **LG** novissima **M** (*in m.* notissima) de Argo-
 nautis **ML** (*in m.*) 295 pontus **L**¹ 296 Helicen **M** arciom **M**
 (*ss. u;* *in m.* arcum) arctum **LG** 298 Graia . . . carine **M**
 304 rostrum *Bentl.* 305 de angue **L** (*in m.*)

per bis sena volant contra nitentia signa
 310 mixta ex diversis consurgunt viribus astra
 hinc vicina polo Phoebique hinc proxima flammis;
 quae quia dissimilis, qua pugnat, temperat aer,
 frugiferum sub se reddunt mortalibus orbem.
 proxima frigentis Arctos boreamque rigentem
 315 nixa venit species genibus sibi conscia causae.
 a tergo nitet Arctophylax, idemque Bootes,
 quod stimulis iunctis instat de more iuvenis,
 Arcturumque rapit medio sub pectore secum.
 at parte ex alia claro volat orbe Corona,
 320 luce micans varia; nam stella vincitur una
 circulus, in media radiat quae maxima fronte
 candidaque ardenti distinguit lumina flamma:
 Gnosia desertae fulgent monumenta puellae.
 at Lyra diductis per caelum cornibus inter
 325 sidera conspicitur, qua quondam ceperat Orpheus
 omne quod attigerat cantu manesque per ipsos
 fecit iter domuitque infernas carmine leges.
 hinc caelestis honos similisque potentia causae:
 tunc silvas et saxa trahens, nunc sidera ducit
 330 et rapit immensum mundi revolubilis orbem.
 Serpentem magnis Ophiuchus nomine signis
 dividit, ut toto cingentem corpore corpus
 explicet et nodos sinuataque terga per orbis:

309 nitentia LG nicentia M¹ lucentia M² 311 vicina] vi-
 cina M polo *Pingreus* poli LG caeli huic M (*in m.* solo hic
 caeli, *quibus verbis deletis* ss. poli caelique hinc) Phoebique
Schrader caelique LG 314 rigentem LG regentem M
 316 post 313 LG *ad h. v.*: Arctophilax M Artofilax L 317 sti-
 mulis *Bentl.* similis O 321 media MG medio L radiat M
 radians L radiant G 323 fulgent M et fulgent LG 324 at
Scal. et O diductis *Scal.* deductis O 326 manesque ML²
 manensque L¹ manansque G 331 serpentem LG ingentem M
 magnis] Graeis *Bentl.* Ophiucus LG Orpheu de M (*in m.* nō
 Ophiucus) signis] dictus *Bentl.* 332 ut toto *ego* et toto M
 etiam toto L (*in litura* et) atque etiam toto G cingentem M²
 (*etiam in m.*) ingentem M¹L ingens G 333 explicet MLG¹
 explicat G² et G ut ML

respicit ille tamen molli cervice reflexus
 et redit effusis per laxa volumina palmis: 335
 semper erit paribus bellum, quia viribus aequant.
 proxima sors Cycni, quem caelo Iuppiter ipse
 imposuit, formae pretium, qua cepit amantem,
 cum deus in niveum descendit versus olorem
 tergaque fidenti subiecit plumea Ladae. 340
 nunc quoque diductas volitat stellatus in alas.
 hinc imitata nitent cursumque habitumque Sagittae
 sidera. tum magni Iovis ales fertur in altum,
 assueto volitans gestet ceu fulmina mundo,
 digna Iove et caelo, quod sacris instruit armis. 345
 tum quoque de ponto surgit Delphinus ad astra,
 oceani caelique decus, per utrumque sacratus.
 quem rapido conatus Equus comprehendere cursu
 festinat pectus fulgenti sidere clarus.
 et finitur in Andromeda; [quam Perseus armis 350
 eripit et sociat sibi, cui] succedit iniquo
 divisum spatio, quod tertia lampada dispar
 conspicitur paribus, Deltoton nomine sidus,
 ex simili dictum; Cepheusque et Cassiepia
 in poenas signata suas iuxtaque relictam 355
 Andromedam vastos metuentem pristis hiatus,

355—356 Germ. Arat. I 199—200 'planetura relictam Andromedam'

335 redit *Bentl.* dedit **O** effusis] elusis *Bentl.* 338 pre-
 tium **ML** pretio **G** 339 in niveum **LG** inimicum **M** (imicum
deletum, in m. laevo niveum) 340 plumea **M** (*in m.*) **G** plu-
 rima **ML** 341 diductas *Scal.* deductas **O** 344 assueto **LG**
 adsudet et **M** ceu **ML** cui **G** mundo *Bentl.* mundi **O**
 347 oceani **M**²**LG** octavi **M**¹ 348 equus **LG** divo **M** 349 cla-
 rus **LG** claris **M** 350 Andromedam *Jacob* 350/1 quam ...
 cui *delevit Bentl.* eripit **LG** et ripit **M** 352 divisum *Reg.*
 divisus **O** tertia lampada **O** cui lampas tertia *Housm.* dispar
LGM (*in m.*) dispas **M** 353 Deltoton **LG** de toto **M** (*l post de*
erasum) 354 Casiepia **LG** Casieppa **M** *post h. v. sequuntur:*
 399—442, *deinde* 355—398, *tum* 443—529, 566—611, 530—565.
 612—*u. a. f.* **O** *ordinem restituit Scal. cf. Garrod p. XX*
 355 signati **L**¹ relictam *Bentl.* 356 pristis *Gron.* piscis **O**

expositam ponto deflet scopulisque revinctam,
 ni veterem Perseus caelo quoque servet amorem
 auxilioque iuvet fugiendaque Gorgonis ora
 360 sustineat spoliumque sibi pestemque videnti.
 tum vicina ferens nixo vestigia Tauro
 Heniochus studio mundumque et nomen adeptus,
 quem primum curru volitantem Iuppiter alto
 quadriiugis conspexit equis caeloque sacravit.
 365 hunc subeunt Haedi claudentes sidere pontum,
 nobilis et mundi nutrito rege Capella,
 cuius ab uberibus magnum ille ascendit Olympum.
 lacte fero crescens ad fulmina vimque tonandi;
 hanc ergo aeternis merito sacravit in astris
 370 Iuppiter et caeli caelum mercede rependit.
 Pleiadesque Hyadesque feri pars utraque Tauri
 in boream scandunt. haec sunt aquilonia signa.
 aspice nunc infra solis surgentia cursus,
 quae super exustas labuntur sidera terras
 375 quaeque inter gelidum Capricorni sidus et axe
 imo subnixum vertuntur lumina mundum,
 altera pars orbis sub quis iacet invia nobis
 ignotaeque hominum gentes nec transita regna.
 commune ex uno lumen ducentia sole
 380 diversasque umbras laevaue cadentia signa
 et dextros ortus caelo spectantia verso.
 nec minor est illis mundus nec lumine peior,
 nec numerosa minus nascuntur sidera in orbem.
 cetera non cedunt; uno vincuntur in astro,

358 ni V_2 ne M in LG servet MLG^2 fervet G^1 359 exilio-
 que G 360 pestemque *Launois* testemque O 361 nixo
Scal. nexo O 363 primum F primo O 364 quari iugis G
 365 hunc M^2L^2 tunc M^1L^1G claudentes sidere LG eludentes
 sidera M 366 nobilis G nubilis ML 371 utraque O
 372 Borean G 375 inter *Housm.* intra O axe *Scal.* axem O
 376 lumina ML sidera G mundum G mundo ML 377 iacet
om. G^1 aquis iacet *addidit m. saec. XVII* G (*in m.*) 380 lae-
 vaue M laevamque LG 383 orbem *Bentl.* orbe O

Augusto, sidus nostro quod contigit orbi, 385
 Caesar nunc terris, post caelo maximus auctor.
 cernere vicinum Geminis licet Oriona,
 in magnam caeli tendentem bracchia partem
 nec minus extento surgentem ad sidera passu, 390
 singula fulgentis umeros cui lumina signant
 et tribus obliquis demissus ducitur ensis.
 at caput Orion excelso immersus Olympo
 per tria subducto signatur lumina vultu,
 non quod clara minus, sed quod magis alta recedunt. 395
 hoc duce per totum decurrunt sidera mundum.
 subsequitur rapido contenta Canicula cursu,
 qua nullum terris violentius advenit astrum
 nec gravius cedit; nunc horrida frigore surgit,
 nunc vacuum soli fulgentem deserit orbem:
 sic in utrumque movet mundum et contraria reddit. 400
 hanc qui surgentem, primo cum redditur ortu,
 montis ab excelso speculantur vertice Tauri,
 eventus frugum varios et tempora dicunt,
 quaeque valetudo veniat, concordia quanta;
 bella facit pacemque refert varieque revertens 405
 sic movet, ut vidit mundum, vultuque gubernat.
 magna fides hoc posse color cursusque micantis
 in radios: vix sole minor, nisi quod procul haerens
 frigida caeruleo contorquet lumina vultu.
 cetera vincuntur specie, nec clarius astrum 410
 tinguitur oceano caelumve revisit ab undis.
 tunc Procyon veloxque Lepus, tum nobilis Argo

386 Germ. Arat. I 2: 'maximus auctor' 401 Germ. Arat. I
 340: 'sidus (Caniculam) primo speculatur ab ortu'

385—386 *damnat Breiter* 389 ad **M om. LG** 392 *excelso*
M (*in m.*) **LG** *exesso M* *immersus Scal. inmensus O* 393 *sig-*
natur LG signantur M 394 *recedunt Breiter recedant O*
 398 *nunc Breiter nec O surgit ML saevit G post hunc versum*
sequuntur 443—529 O 399 *nunc Breiter ne M haec LG*
soli Housm. solis O 401 *qui MG quam L* 403 *dicunt ML*
ducunt G 412 *Procyon] Prochion O lepus ML lupus G*

in caelum subducta mari, quod prima cucurrit,
 emeritum magnis mundum tenet acta periclis,
 415 servando dea facta deos. cui proximus Anguis
 squamea dispositis imitatur lumina flammis.
 et Phoebosacer Ales et una gratus Iaccho
 Crater et duplici Centaurus imagine fulget,
 pars hominis, tergo pectus commissus equino.
 420 ipsius hinc mundo templum est, victrixque solutis
 Ara nitet sacris, vastos cum terra gigantes
 in caelum furibunda tulit. tum di quoque magnos
 quaesivere deos; dubitavit Iuppiter ipse,
 quod poterat non posse timens, cum surgere terram
 425 cerneret, ut verti naturam crederet omnem,
 montibus atque aliis aggestos crescere montes,
 et tam vicinos fugientia sidera colles.
 *arma importantis et rupta matre creatos,
 *discordes vultum permixtaque corpora partus.
 430 necdum pestiferum sibi quemquam <aut> numina norat
 si qua forent maiora suis. tunc Iuppiter Arae
 sidera constituit, quae nunc quoque maxima fulgent.
 quam propter Cetus convolvens squamea terga
 orbibus insurgit tortis et fluctuat alvo,
 435 intentans morsum, similis iam iamque tenenti,
 qualis ad expositae fatum Cepheidos undis
 expulit adveniens ultra sua litora pontum.

433 Germ. Arat. I 721: 'squamea terga'

414 periclis O procellis FM^{on} 416 imitatur LGM (*in m.*)
 mutantur (*deleto n*) M 420 hinc G hic ML victrixque] ma-
 trisque M² (*in m.*) 421 gigantes LG gigantias M 422 tum
 di Scal. tumidi O 423 dubitavit LG esurcione M (*in m.* ex-
 trudere) 425 ut *Housm.* et O 426 altis *Ellis* aggestos LG
 adgressos M¹ aggressos M² 428 et] e *Jacob* creatos ML co-
 actos G 429 vultum *Jacob* vultu O corpora M²LG corpore M¹
 430 pestiferum Scal. hostiferum O <aut> *Jacob* norat
Bentl. norant O 431 tunc Iuppiter arae LG oravit et are
 (arae *in m.*) M¹ tunc Iuppiter axem M² (*in m.*) 433 Cetus]
 coeptos M¹ coetus M² 434 tortis ML²G tortus L¹ 435 mor-
 sum similis G morsu similis L similem morsum M¹ similis
 morsu M²

tum notius Piscis venti de nomine dictus
 exurgit de parte noti; cui iuncta feruntur
 flexa per ingentis stellarum flumina gyros. 440
 alterius capiti coniungit Aquarius undas
 amnis, et in medium coeunt et sidera miscent.

his, inter solisque vias Arctosque latentes
 axem quae mundi stridentem pondere torquent,
 orbe peregrino caelum depingitur astris, 445
 quae notia antiqui dixerunt sidera vates.
 ultima quae mundo semper volvuntur in imo,
 quis innixa manent caeli fulgentia templa,
 nusquam in conspectum redeuntia, cardine verso
 sublimis speciem mundi similisque figuras 450
 astrorum referunt. et versas frontibus Arctos
 uno distingui medias claudique Dracone
 credimus exemplo. quamvis fugientia visus
 hunc orbem caeli vertentis sidera cursu
 cardine tam simili fultum, quam vertice, pingunt. 455

haec igitur magno divisas aethere sedes
 signa tenent mundi totum deducta per orbem.
 tu modo corporeis similis ne quaere figuras,
 omnia ut aequali fulgentia membra colore
 deficiat nihil aut vacuum qua lumine cesset. 460
 non poterit mundus sufferre incendia tanta,
 omnia si plenis ardebunt sidera membris.
 quicquid subduxit flammis, natura pepercit
 succubitura oneri, formas disiungere tantum
 contenta et stellis ostendere sidera certis. 465
 linea designat species, atque ignibus ignes

438 tunc G notbius LG 439 porti L¹ iuncta Scal.
 cuncta O 441 alterius MG ulterius L 442 post h. v. se-
 quantur 355—398 O 446 notia L² nocia L¹M nothia G si-
 dere L¹ 448 innixa Scal. innexa O templa ML signa G
 449 conspectum L conspectu MG 450 speciem M speciae L
 spetie G 453 fugientia Benth. fulgentia O 455 pingunt
 Benth. pingit O 459 omnia ut M²G omnia aut M¹ omni aut L
 460 aut Benth. et O cesset V₂ cessit O

respondent, media extremis atque ultima summis
 creduntur; satis est, si se non omnia celant.
 praecipue medio cum luna implebitur orbe,
 470 certa nitent mundo tum lumina, conditur omne
 stellarum vulgus, fugiunt sine nomine signa.
 pura licet vacuo tum cernere sidera caelo,
 nec fallunt numero, parvis nec mixta feruntur.
 et quo clara magis possis cognoscere signa,
 475 non varios obitus norunt variosque recursus,
 certa sed in proprias oriuntur sidera luces,
 natalesque suos occasumque ordine servant.
 nec quicquam in tanta magis est mirabile mole,
 quam ratio et certis quod legibus omnia parent.
 480 nusquam turba nocet, nihil ullis partibus errat,
 laxius aut brevius mutatoque ordine fertur.
 quid tam confusum specie, quid tam vice certum est?
 ac mihi tam praesens ratio non ulla videtur,
 qua pateat mundum divino numine verti
 485 atque ipsum esse deum nec forte coisse magistra,
 ut voluit credi, qui primus moenia mundi
 seminibus struxit minimis inque illa resolvit,
 e quis et maria et terras et sidera caeli
 aetheraque immensis fabricantem finibus orbes
 490 solventemque alios constare et cuncta reverti
 in sua principia et rerum mutare figuras.
 quis credat tantas operum sine numine moles,
 ex minimis caecoque creatum foedere mundum?
 si fors ista dedit nobis, fors ipsa gubernet;
 495 at cur dispositis vicibus consurgere signa

467 media *FV*, mediae *O* 469 impletur in *Woltjer*
 470 tum *Postq.* cum *O* lumina *M*¹ luna *M*²*LG* conditur *ML*²
 ceditur *L*¹ caeditur *G* 472 pura *Scal.* plura *O* 474 quod *L*¹
 475 variosve *Bentl.* 479 caeteris *L*¹ 480 errat *M*²*LG*
 errant *M*¹ errans *L. Mueller* 481 laxius] partibus *M*¹ aut
Carrio et *O* brevius *Bentl.* levius *O* 482 *post h. v.*: de aeter-
 nitate mundi *O* 484 qua *M* quam *LG* 489 immensis *Bentl.*
 inmensos *O* 492 credat *LG* credit *M* 493 caecoque *LG*
 celoque *M*

et velut imperio praescriptos reddere cursus
cernimus ac nullis properantibus ulla relinqui?
cur eadem aestivas exornant sidera noctes
semper et hibernas eadem, certamque figuram
quisque dies reddit mundo certamque relinquit? 500
iam tum, cum Graiae verterunt Pergama gentes,
Arctos et Orion adversis frontibus ibant,
haec contenta suos in vertice flectere gyros,
ille ex diverso vertentem surgere contra
obvius et toto semper decurrere mundo. 505
temporaque obscurae noctis deprendere signis
iam poterant, caelumque suas distinxerat horas.
quot post excidium Troiae sunt eruta regna!
quot capti populi! quotiens fortuna per orbem
servitium imperiumque tulit varieque revertit! 510
Troianos cineres in quantum oblita refovit
imperium! fatis Asiae iam Graecia pressa est.
saecula dinumerare piget, quotiensque recurrens
lustrarit mundum vario sol igneus orbe.
omnia mortali mutantur lege creata, 515
nec se cognoscunt terrae vertentibus annis
exutas variam faciem per saecula gentes.
at manet incolumis mundus suaque omnia servat,
quae nec longa dies auget minuitque senectus,
nec motus puncto curvat cursusque fatigat: 520
idem semper erit, quoniam semper fuit idem.
non alium videre patres aliumve nepotes
aspicient: deus est, qui non mutatur in aevo.

496 reddere LG credere M 498 aestivo L¹ 501 Graiae
verterunt G Graia everterunt M¹L Graie everterunt M² Perg-
gama] per magna M¹ 502 Arctos M¹ Arctus M²LG 505 mun-
do] caelo G¹ 507 poterat G 508 quot G quod ML
509 quot G quod ML 514 lustrarit G lustraret L¹ lustrari M
lustrarat L² 516 terra evertentibus M annis LG annos M
517 exutas variam M²G lunariam exutam M¹ xutas variam L
(e *initiale deest.*) 519 minuitve *Bentl.* 520 puncto ML²
ponto L¹G curvat MG currat L cursusve *Bentl.* 521 idem G
isdem ML

numquam transversas solem decurrere ad Arctos
 525 nec mutare vias et in ortum vertere cursus
 auroramque novis nascentem ostendere terris,
 nec lunam certos excedere luminis orbis
 sed servare modum, quo crescat quove recedat,
 nec cadere in terram pendentia sidera caelo
 530 sed dimensa suis consumere tempora signis:
 non casus opus est, magni sed numinis ordo.

haec igitur texunt aequali sidera tractu
 ignibus in varias caelum laqueantia formas.
 altius his nihil est; haec sunt fastigia mundi;
 535 publica naturae domus his contenta tenetur
 finibus amplectens pontum terrasque iacentis.
 omnia concordia tractu veniuntque caduntque,
 qua semel incubuit caelum versumque resurgit.

ipse autem quantum convexo mundus Olympo
 540 obtineat spatium, quantis bis sena ferantur
 finibus astra, docet ratio, cui nulla resistunt
 claustra nec immensae moles, ceduntque recessus.
 omnia succumbunt, ipsum est penetrabile caelum.
 nam quantum a terris atque aequore signa recedunt,
 545 tantum bina patent. quaecumque inciditur orbis
 per medium, pars efficitur tum tertia gyri,
 exiguo dirimens solidam discrimine summam.
 summum igitur caelum bis bina refugit ab imo
 astra, <e> bis senis ut sit pars tertia signis.
 550 sed quia per medium est tellus suspensa profundum,
 binis a summo signis discedit et imo.
 hinc igitur quodcumque supra te suspicis ipse,
 qua per inane meant oculi quaque ire recusant.

529 *post h. v.*: de parallelis circulis **ML** (*in m. G*) *deinde sequuntur* 566—611 **O** 532 sidere **L**¹ 533 in varias caelum **ML**² in caelum varias **L**¹**G** 535 contenta] est tecta **M**
 538 *post h. v. sequitur*: de latitudine et magnitudine mundi et signorum **M** de m. et l. m. et s. **LG** 545 quarumque **M**
 548 refugit **G**² 549 astra] altera **G** *man. rec. in m.* <e> *Bentl.*
 551 imo] uno **G** 552 hinc igitur] hac geritur **M** 553 qua **G**
 /ua **L** que **M** quaque **L**²**G** quique **L**¹ queque **M**

binis aequandum est signis, sex tanta rotundae
efficiunt orbem zonae, qua signa feruntur 555
bis sex aequali spatio textentia caelum.

nec mirere vagos partus eadem esse per astra
et mixtum ingenti generis discrimine fatum,
singula cum tantum teneant tantoque ferantur
tempore; sex tota surgentia sidera luce 560

* * * *

restat ut aetherios fines tibi reddere coner
filaque dispositis vicibus comitantia caelum
per quae dirigitur signorum flammeus ordo.
[circulus a summo nascentem vertice mundum
permeat Arctophylaca petens per terga draconis] 565

circulus ad boream fulgentem sustinet Arcton
sexque fugit solidas a caeli vertice partes.
alter ad extremi decurrens sidera Cancrī,
in quo consummat Phoebus lucemque moramque 570
tardaue per longos circumfert lumina flexus,

aestivum medio nomen sibi sumit ab aestu
temporis et titulo potitur metamque volantis
solis et extremos designat fervidus actus
et quinque in partes aquilonis distat ab orbe.
tertius in media mundi regione locatus 575

ingenti spira totum praecingit Olympum
parte ab utraque videns axem, quo limite Phoebus
componit paribus numeris noctemque diemque
veris et autumnī currens per tempora mixta,
cum medium aequali distinguit limite caelum 580

554 tanta L²G tantam L¹ tante M 558 fatum LG fetum M
559 singula] signa M 560 post luce *versum excidisse putat*
Jacob de coluris LG (in m. man. rec.) de circulis caelestibus
de coluris M 564—565 delevit Scal.; post 565 in M: tangit et
Origenen (lege Erigonem) chelarum summa regidit (lege recidit
sexque fugit solidas caeli vertice partes; deinde sequuntur 612
—926 566 post h. v.: de parallelis circulis MG (in m.)
571 aestivom M¹ 572 metamque *Bentl.* metaque O 576 spira
Scal. spera O 577 quo limite *Scal.* quo lumine O qua lumine
Housm. 580 medio G¹ limite ML lumine G

quattuor et gradibus sua fila reducit ab aestu.
 proximus hunc ultra brumalis nomine limes
 ultima designat fugientis limina solis
 invidaque obliqua radiorum munera flamma
 585 dat per iter minimum nobis; sed finibus illis,
 quos super incubuit, longa stant tempora luce.
 vixque dies transit candentem extenta per aestum.
 bisque iacet binis summotus partibus orbis.
 unus ab his superest extremo proximus axi
 590 circulus, austrinas qui stringit et obsidet Arcos.
 hic quoque brumalem per partes quinque relinquit.
 et quantum a nostro sublimis cardine gyrus,
 distat ab adverso tantundem proximus illi.
 [sic tibi per binas vertex a vertice partes
 595 divisus duplici summa circumdat Olympum
 et per quinque notat signantis tempora fines.]
 his eadem est via quae mundo pariterque rotantur
 inclines sociosque ortus occasibus aequant,
 quandoquidem secti, qua totus volvitur orbis.
 600 fila trahunt alti cursum comitantia caeli
 intervalla pari servantes limite semper
 divisosque semel fines sortemque dicatam.
 sunt duo, quos recipit ductos a vertice vertex.
 inter se adversi, qui cunctos ante relatos
 605 seque secant gemino coeuntes cardine mundi
 transversoque polo rectum ducuntur in axem.
 tempora signantes anni caelumque per astra
 quattuor in partes divisum mensibus aequis.
 alter ab excelso decurrens limes Olympo

582 limes *Ellis* timens **M** tingens **L**¹ tangens **L**²**G** cingens **L**³
 583 fugientis limina *Scal.* fulgentis lumina **O** 584 invida-
 que *Scal.* inviaque **O** 585 nobis **V**₂ vobis **O** 590 austrinas
Reg. astrinu **M**¹ austrinus **M**²**L****G** stringit] stringet **M**
 591 hinc **M** 594—596 *interpolatori* tribuit *Housm.* 595 sum-
 mam **M** 599 quandoquidem] quando vidiem **M**¹ (*in m. viam*)
 secti qua *Bentl.* sexto quo **M** sexti quo **L****G** 602 fines sor-
 temque **M****G** sortem finesque **L** 603 a vertite vertice **M**¹
in m.: coluri **G** (*man. rec.*) 606 recto **M**¹

serpentis caudam siccas et dividit Arctos, 610
 et iuga Chelarum medio volitantia gyro
 extremamque secans Hydram mediumque sub austris
 Centaurum adverso concurrat rursus in axe
 et redit in caelum squamosaque tergora Ceti
 Lanigerique notat fines clarumque Trigonum 615
 Andromedaeque sinus imos, vestigia matris
 principiumque suum repetito cardine claudit.
 alter in hunc medium summumque incumbit in axem
 perque pedes primos cervicem transit et Ursae,
 quam septem stellae primam iam sole remoto 620
 producant nigrae praebentem lumina nocti,
 et Geminis Cancerum dirimit stringitque flagrantem
 ore Canem clavumque Ratis, quae vicerat aequor.
 inde axem occultum per gyri signa prioris
 transversa atque illo rursus de limite tangit 625
 te, Capricorne, tuisque Aquilam designat ab astris,
 perque Lynam inversam currens spirasque Draconis
 posteriora pedum Cynosurae praeterit astra
 transversamque secat vicino cardine caudam.
 hic iterum coit ipse sibi memor, unde profectus. 630
 atque hos aeterna fixerunt tempora sede
 immotis per signa modis statione perenni.
 hos volucris fecere duos; namque alter ab ipsa
 consurgens Helice medium praecidit Olympum
 discernitque diem sextamque examinat horam 635
 et paribus spatiis occasus cernit et ortus.

635 Lucan. VIII 467: 'Libra pares examinat horas'

611 *post h. v. sequuntur* 530—565 O 612 secans] serans M
 austris F astris O 614 caelum M caetum LG squamosaque]
 in qua mosaque M Ceti] caeti G coeti ML 616 vestigia ML²
 fastigia L¹G 619 transit et] pectus M¹ 621 lumina] lu-
 milia M 622 stringit fragrantem M 623 canum M
 625 dilimite M 627 currensque spiras M¹ 628 praeterit]
 preterit M perterit LG 630 unde] inde M *post h. v.:* de ana-
 bibazonte et horizonte LG, *nihil in* M 631 hos *Housm.* hoc O
 aeterna . . . sede M aeternam . . . sedem LG 635 diemque
 sextam exhuminat M

hic mutat per signa vices; seu si quis eos
 seu petit hesperios, supra se circinat orbem
 verticibus super astantem mediumque secantem
 640 caelum et diviso signantem culmine mundum
 (quando aliis aliud medium est; volat hora per orbem),
 cumque loco terrae caelumque et tempora mutat.
 atque ubi se primis extollit Phoebus ab undis,
 illis sexta manet, quos tum premit aureus orbis.
 645 rursus ad hesperios sexta est, ubi cedit in umbras;
 nos primam ac summam sextam numeramus utramque
 et gelidum extremo lumen sentimus ab igni.
 alterius fines si vis cognoscere gyri,
 circumfer faciles oculos vultumque per orbem.
 650 quicquid erit caelique imum terraeque supremum,
 qua coit ipse sibi nullo discrimine mundus
 redditque aut recipit fulgentia sidera ponto,
 praecingit tenui transversum limite mundum.
 haec quoque per totum volitabit linea caelum,
 655 non tantum ad medium vergens mediumque repente
 orbem, nunc septem ad stellas nec mota sub astra,
 sed quaecumque vagae tulerint vestigia plantae
 has modo terrarum nunc has gradientis in oras,
 semper erit novus et terris mutabitur arcus;
 660 quippe aliud caelum ostendens aliudque relinquens
 dimidium teget et referet varioque notabit
 fine et cum visu pariter sua fila movente.

637 seu] ceu *Br.* (cf. ad I 835) nam *Bentl.* 638 parit *M*
 640 culminat *M* 641 *versum bis scriptum in M, sed semel de-*
letum (fol. VII^v) post 642 transposuit Scal.; parenthesis est
 642 et] *om. M* 643 abundus *M* 644 tum] tamen *M*
 646 utramque] utranque *G* utraque *LM*² utroque *M*¹ 647 ex-
 tremum *M* 648 si vis] suos *M* gyri] giri *L*¹*G* giris *ML*²
 649 vultumque] multum per *M* 650 terraeque *G* terraeque *ML*
 655 non] nunc *Reg.* tantum] tractum *Housm.* mediumque
 repente] mundique tepentem *Housm.* 656 nec mota *Housm.*
 nunc mota *O* 657 quaecumque *Bentl.* quaecumque *O*
 658 oras *F* horas *O* 661 teget *Scal.* tegit *MG* regit *L* re-
 feret *Scal.* refert *O*

hic terrestris erit, quia terram amplectitur orbis,
 [et mundum pleno praecingit limite gyrus]
 atque a fine trahens titulum memoratur horizon. 665

his adice obliquos adversaque fila trahentis
 inter se gyros, quorum fulgentia signa
 alter habet, per quae Phoebus moderatur habenas,
 subsequiturque suo solem vaga Delia curru,
 et quinque adverso luctantia sidera mundo 670
 exercent varias naturae lege choreas.

hunc tenet a summo Cancer, Capricornus ab imo,
 bis recipit, lucem qui circulus aequat et umbras,
 Lanigeri et Librae signo sua fila secantem.
 sic per tres gyros inflexus ducitur orbis 675
 rectaque devexo fallit vestigia clivo;

nec visus aciemque fugit tantumque notari
 mente potest, sicut cernuntur mente priores,
 sed nitet ingenti stellatus balteus orbe
 insignemque facit caelato lumine mundum 680
 et ter vicens partes patet atque trecentas
 in longum; bis sex latescit fascia partes,
 quae cohibet vario labentia sidera cursu.

alter in adversum positus succedit ad Arctos
 et paulum a boreae gyro sua fila reducit 685
 transitque inversae per sidera Cassiepieae.

inde per obliquum descendens tangit Olorem
 aestivosque secat fines Aquilamque supinam
 temporaque aequantem gyrum zonamque ferentem
 Solis equos inter caudam, qua Scorpius ardet, 690
 extremamque Sagittari laevam atque Sagittam.

inde suos sinuat flexus per crura pedesque
 Centauri alterius rursusque ascendere caelum

664 pleno **M** plano **LG**; *versum damnavit Bentl.* 665 ho-
 rizon] orizon **LG** orison **M** *post h. v.*: de zodiaco et lacteo cir-
 culis **L** (*in m.* **M**) de zodiaco lacteo **G** 669 *om.* **M** 675 tres
LG terris **M** 683 cursum **M** 684 positus *Bentl.* positos **ML**¹
 positas **L**²**G** 685 ad boreae giros **G** 686 transque **M**
 Cassioe pie **M** Casiepieae **LG** 690 equis **M**

incipit Argivumque Ratem per aplustria summa
 695 et medium mundi gyrum Geminosque per ima
 signa secat, subit Heniochum, teque, unde profectus.
 Cassiepia, petens super ipsum Persea transit
 orbemque ex illa coeptum concludit in ipsa
 trisque secat medios gyros et signa ferentem
 700 partibus e binis, quotiens praeciditur ipse.
 nec quaerendus erit: visus incurrit in ipsos
 sponte sua seque ipse docet cogitque notari.
 namque in caeruleo candens nitet orbita mundo
 ceu missura diem subito caelumque recludens.
 705 ac veluti virides discernit semita campos,
 quam terit assiduo renovans iter orbita tractu:
 [inter divisas aequalibus est via partis]
 ut freta canescunt sulcum ducente carina
 accipiuntque viam fluctus spumantibus undis,
 710 quam tortus verso movit de gurgite vertex.
 candidus in nigro lucet sic limes Olympo
 caeruleum findens ingenti lumine mundum,
 utque suos arcus per nubila circumat Iris.
 sic superincumbit signato culmine limes
 715 candidus et resupina facit mortalibus ora.
 dum nova per caecam mirantur lumina noctem
 inquiruntque sacras humano pectore causas,
 num se diductis conetur solvere moles
 segminibus, raraque labent compagine rimae
 720 admittantque novum laxato tegmine lumen: —

694 Germ Arat. 345: 'Argoae . . aplustria puppis'

694 Argunemque **M**¹ amplustria **M** 695 ima **O** imum **C**
 697 Casique pia **M**¹ Casiopea **M**² Cassiepia **LG** petens *om.* **M**¹
 699 secant **M** 704 subitum **M** 708 tractu] tactum **M**
 707 divisas **L**²**G**² divisas **ML**¹**G**¹ aequalibus] aequabilis *Scal.*
 via] quia *Ellis: v. delevit Benth.* 712 findens **ML**² fingens **L**¹**G**
 713 nubilat . . . hiris **M** 716 caecam] tactam **M** mirantur
V^{en} vibrantur **O** 718 diductis *Scal.* deductis **O** 719 seg-
 minibus *Scal.* seminibus **O** compagine rimae **M**¹**LG** compage
 carinae **M**² 720 admittantque **L**¹

quid sibi non timeant, magni cum vulnere caeli
 conspiciant, feriatque oculos iniuria mundi? —
 an coeat mundus, duplicisque extrema cavernae
 convenient caelique oras et sidera iungant.
 perque ipsos fiat nexus manifesta cicatrix 735
 fusuram faciens mundi, stipatus et orbis
 aeriam in nebulam clara compagine versus
 in cuneos alti cogat fundamina caeli.
 an melius manet illa fides, per saecula prisca
 illac solis equos diversis cursibus isse 730
 atque aliam trivisse viam, longumque per aevum
 exustas sedes incoctaque sidera flammis
 caeruleam verso speciem mutasse colore,
 infusumque loco cinerem mundumque sepultum?
 fama etiam antiquis ad nos descendit ab annis 735
 Phaethontem patrio curru per signa volantem,
 dum nova miratur propius spectacula mundi
 et puer in caelo ludit curruque superbus
 luxuriat mundo, cupit et maiora parente,
 monstratas liquisse vias orbemque rigenti 740
 imposuisse polo; nec signa insueta tulisse
 errantis meta flammam cursumque solutum,
 *deflexum solito cursu curvisque quadrigis.
 quid querimur flammam totum saevisse per orbem,
 terrarumque rogam cunctas arsisse per urbes, 745
 cum vaga dispersi fluitarunt lumina currus,
 et caelum exustum est? luit ipse incendia mundus,

721 sibi *Gron.* quasi O 723 mundus M mundum LG non-
 dum *Ellis* 724 oras M horas LG 726 fusuram ML¹G fissu-
 ram L² 728 altique M 730 illa M¹ 732 exustas ML²G exustas L¹
 734 infusumque MG infusum L 736 cursu M 738 curru-
 que G cursuque ML 739 parente M² parentem LG patente M¹
 740 rigenti Jacob rigentem G regentem ML 742 meta
Bentl. nutu M²L²G natu M¹L¹ cursumque M¹ currumque M²LG
 743 post 739 *transposuit Postg.*, post 741 *Jacob*, alteri *recen-*
sioni ego tribui 744 quid M quod L¹ quo L²G 745 que
om. L urbes LG orbes M 747 luit] ut M¹ ipse] ipsa M²

et nova vicinis flagrarunt sidera flammis
nunc quoque praeteriti faciem referentia casus.
750 nec mihi celandanda est famae vulgata vetustas
mollior: e niveo lactis fluxisse liquorem
pectore reginae divum caelumque colore
infecisse suo. quapropter lacteus orbis
dicitur, et nomen causa descendit ab ipsa.
755 an maior densa stellarum turba corona
convexit flammam et crasso lumine candet,
et fulgore nitet collato clarior orbis?
an fortes animae dignataque nomina caelo
corporibus resoluta suis terraeque remissa
760 huc migrant ex orbe suumque habitantia caelum
aetherios vivunt annos mundoque fruuntur?
atque hic Aeacidam, hic et veneramur Atridas
Tydidemque ferum terraeque marisque triumphis
naturae victorem Ithacum Pylumque senecta
765 insignem triplici Danaumque ad Pergama reges,
[castra ducum et caeli victamque sub Hectore Troiam]
Auroraeque nigrum partum stirpemque Tonantis
rectorem Lyciae: nec te, Mavortia virgo,
praeteream regesque alios, quos Thraecia misit
770 atque Asiae gentes et Magno maxima Pella:
quique animi vires et strictae pondera mentis
prudentes habuere viri, quibus omnis in ipsis
census erat, iustusque Solon fortisque Lycurgus,
aetheriusque Platon et qui fabricaverat illum

761 Nemes. I 40: 'mundoque fruuntur'

748 nova vicinis] vicina novis *Bentl.* 749 referentia **M** reserantia **L²G** reserentia **L¹** 750 celandi **L¹** vulgata fama vetusta *Housm.* 755 densa **G** densat **ML** 756 convexit **L¹G** contextit **L²M** 758 nomina **G** nomine **L¹M** numina **L²** lumina **C** 760 que *om.* **M** 761 feruntur **M¹** (fruuntur *in m.*) 762 veneramur **O** venerantur **C** 763 Tydidemque] Tididemque **M** Titidemque **LG** 764 Pylumque] Piliumque **M** Iliumque **LG** (*ss. Nestorem*) 766 deleverit *Seal.* 769 Thraecia *Housm.* Graecia **ML** Grecia **G** 771 strictae pondera mentis *Bentl.* strictas pondere mentes **O** (mentis **M** 774 et **F** nec **O**

damnatusque suas melius damnavit Athenas, 775
 Persidis et victor, strarat quae classibus aequor.
 Romanique viri, quorum iam maxima turba est:
 Tarquinioque minus reges, et Horatia proles,
 tota acies partus, nec non et Scaevola trunco
 nobilior, maiorque viris et Cloelia virgo, 780
 et Romana ferens, quae texit, moenia Cocles.
 et commilitio volucris Corvinus adeptus
 et spolia et nomen, qui gestat in alite Phoebum,
 et Iove qui meruit caelum Romamque Camillus
 servando posuit, Brutusque a rege receptae 785
 conditor, et Pyrrhi per bella Papius ultor,
 Fabricius Curiusque pares, et tertia palma
 Marcellus, Cossusque prior de rege necato,
 certantesque Deci votis similesque triumphis,
 invictusque mora Fabius, victorque necantis 790
 Livius Hasdrubalis socio per bella Nerone,
 Scipiadaeque duces, fatum Carthaginis unum,
 Pompeiusque orbis domitor per trisque triumphos
 ante deum princeps, et censu Tullius oris
 emeritus caelum, et <tu,> Claudii magna propago, 795
 Aemiliaeque domus proceres, clarique Metelli,
 et Cato fortunae victor, matrisque sub armis
 miles Agrippa suae. Venerisque ab origine proles
 Iulia descendit caelo caelumque replevit,

776 Iuv. X 175 787 Lucan. X 152: 'Fabricios Curiosque
 graves' 792 Cul. 370 797 Claud. I 39

776 quae F qui O 780 et Cloelia *Scal.* eo Colia LG est
 et Colia M et Delia V₂ et Coclia *Reg. Bon.* 782 commilitio
Scal. cum milicio O Corvinus V₂ Corvitus LG cor intus M
 adeptus V₂ ademptus M ademptus LG 784 Camillus M²L² Ca-
 millis L¹G Cavillis M¹ 785 receptae F recepta O 787 pa-
 res C parens LG patens M 788 necato F natato M notato LG
 789 Deci F Decii O 790 Fabius F Flavius LG flammis M
 necantis ego necati O tenacis *Housm.* 795 et <tu> *Kleing.*
 et O Claudii *Scal.* Claudia ML Claudii G 797 armis LG ar-
 vis M 798 Venerisque M ventrisque LG 799 replebit
Housm.

800 quod regit Augustus socio per signa Tonante,
 cernit et in coetu divum magnumque Quirinum
 altius aetherii quam candet circulus orbis.
 illa deum sedes, haec illis proxima, divum
 qui virtute sua similes vestigia tangunt.
 805 ac prius incipiam stellis quam reddere vires
 signorumque canam fatalia carmine iura,
 implenda est mundi facies, corpusque per omne
 quid, quod ubique nitet, vigeat quandoque, notandum est.
 sunt alia adverso pugnancia sidera mundo,
 810 quae terram caelumque inter volitantia pendent.
 [Saturni, Iovis et Martis Solisque, sub illis
 Mercurius Venerem inter agit Lunamque locatus.]
 sunt etiam raris orti natalibus ignes,
 protinus et rapti. subitas candescere flammas
 815 aera per liquidum tractosque perire cometas
 rara per ingentis viderunt saecula motus.
 sive, quod ingenitum terra spirante vaporem
 umidior sicca superatur spiritus aura,
 nubila cum longo cessant dispulsa sereno,
 820 et solis radiis arescit torridus aer,
 apta alimenta sibi demissus corripit ignis
 materiamque sui deprendit flamma capace. —
 et quia non solidum est corpus, sed rara vagantur
 principia aurarum volucrique simillima fumo.

802 Drac. V 326: 'aetherii qua candet circulus orbis'

800 reget *Woltjer* 801 cernit *Woltjer* Magnum atque *Br.*
 Quirinum **ML** Quirini **G** 802 candet **L**² candit **L**¹**MG**
 804 *post h. v. sequuntur 809—812 in O deinde: de cometis M*
(in m. G) tum 805—808, 813sqg. 805 ac **G** c [a *initiali om.*]
ML nunc *Bentl.* 808 quid, quod *ego* (*cf. II 814, 844 L*¹,
*V 90 L*¹) quidquam **M** quicquid **LG** notandum est *om.* **G** (*ad-*
didit man. rec.) 811—812 *damnavit Bentl.* 813 raris orti
 natalibus ignes *Bentl.* rari sorti natalis euntes **LG** rari sorti
 subitas candescere lammas **M** (*om. ignes protinus et rapti*)
 814 protinus **G** protenus **L** flammas **L**² lammas **L**¹**MG**
 819 dispulsa **M** depulsa **LG** 820 cordibus **G** 821 apta *Reg.*
 acta **LG** aera **M** demissus *Reg.* dimissus **O**

in breve vivit opus coeptaque incendia fine 825
 subsistunt pariterque cadunt fulgentque cometae.
 quod nisi vicinos agerent occasibus ortus
 et tam parva forent accensis tempora flammis,
 alter nocte dies esset caelumque rediret
 inversum et somno totum deprenderet orbem. 830
 tum quia non una specie dispergitur omnis
 aridior terrae vapor et comprehenditur igni,
 diversas quoque per facies accensa feruntur
 lumina, quae subitis existunt nata tenebris.
 nam modo, ceu longi fluitent de vertice crines, 835
 flamma comas imitata volat, tenuisque capillos
 diffusos radiis ardentibus explicat ignis.
 nunc prior haec facies dispersis crinibus exit,
 et glomus ardentis sequitur sub imagine barbae 839
 hirta figurantis tremulo sub lumine menta. 845
 interdum aequali laterum compagine ductus 840
 quadratamve trabem fingit teretemve columnam.
 quin etiam tumidis exaequat dolia flammis
 procere distenta uteros, parvosque catillos
 mentitur curvos ignis glomeratus in orbis. 844
 lampadas et fissas ramosos fundit in ignes. 846
 praecipites stellae passimque volare videntur,
 cum vaga per nitidum scintillant lumina mundum

825 coeptaque M ceptaque LG fine ML² finem L¹G
 826 subsistant M cometae G cometa ML 827 ortis M
 828 prava M accessis M 829 diesque M reditque M
 830 inversum Br. immensum (inm.) O totum] positum Housm.
 deprenderet L²G deprehenderit L¹ deprehenderet M 831 tum
 Reg. tunc O 832 terrae MG terraeque L comprehenditur G
 comprehenditur ML 833 deest in G 835 ceu LG seu M
 836 capillos ML² capillis L¹ capillus G 838 facies ML species G
 839 glomus Benth. globus O post h. v. Br. posuit v. 845
 841 quadratamque ... teretemque G 845 tremido M limine M
 menta Benth. menses O 843 procere L¹G procero L²M
 uteros ML¹G utero L² parvosque F partosque LG partasque M
 catillos Br. capillos L²G capellos L¹ capellas M 844 cur-
 vos Br. parvos ML² parvis L¹G ignis Scal. signis O glomera-
 tus G glomeratur ML 846 lampada et M 848 nitidum LG
 mundum M liquidum C

et tenuem longis iaculantur crinibus ignem ;
 850 excurruntque procul volucris imitata sagittas,
 arida cum gracili tenuatur semita filo.
 sunt autem cunctis permixti partibus ignes,
 qui gravidas habitant fabricantis fulmina nubes
 et penetrant terras Aetnamque minantur Olympo
 855 et calidas reddunt ipsis in fontibus undas
 ac silice in dura viridique in cortice sedem
 inveniunt, cum silva sibi collisa crematur :
 ignibus usque adeo natura est omnis abundans.
 ne mirere faces subitas erumpere caelo
 860 aeraque accensum flammis lucere coruscis
 arida complexum spirantis semina terrae,
 quae volucer pascens ignis sequiturque fugitque,
 fulgura cum videas tremulum vibrantia lumen.
 imbribus e mediis et caelum fulmine ruptum. —
 865 sive igitur ratio praebentis semina terrae
 in volucres ignes potuit generare cometas,
 sive illas natura faces ut cuncta creavit
 sidera per tenues caelo lucentia flammis,
 (sed trahit ad semet rapido Titanius aestu
 870 involvitque suo flammantis igne cometas,
 ac modo dimittit, sicut Cyllenius orbis
 et Venus, accenso cum ducit vespere noctem,
 saepe nitent falluntque oculos rursusque revisunt)
 seu deus instantis fati miseratus in orbem
 875 signa per affectus caelique incendia mittit :
 numquam futilibus excanduit ignibus aether :
 squalidaque elusi deplorant arva coloni,
 et sterilis inter sulcos defessus arator
 ad iuga maerentis cogit frustrata iuvencos.

850 excurruntque *Bentl.* exuruntque O procul] viam M
 851 ardua *Bon.* 852 cuncti M permixta L¹ 855 ipsas M
 859 subita se rumpere M 863 cum ML² ne L¹G 864 e mediis
Scal. et mediis O 866 potuit *Scal.* posuit O 867 ut *Bentl.* ob O
 873 rursumque G 874 miseratus V₂ miseratur O 876 furti-
 libus M excandunt G ignis M 877 elusi F effusi O

aut gravibus morbis et lenta corpora tabe 880
 corripit exustis letalis flamma medullis
 labentisque rapit populos, totasque per urbes
 publica succensis peraguntur fata sepulcris.
 qualis Erechtheos pestis populata colonos
 extulit antiquas per funera pacis Athenas, 885
 alter in alterius labens cum fata ruebant.
 nec locus artis erat medicae nec vota valebant;
 cesserat officium morbis, et funera deerant
 mortibus et lacrimae; lassus defecerat ignis,
 et coacervatis ardebant corpora membris, 890
 ac tanto quondam populo vix contigit heres.
 talia significant lucentes saepe cometae:
 funera cum facibus veniunt terrisque minantur
 ardentis sine fine rogos, cum mundus et ipsa
 aegrotet natura, hominum sortita sepulcrum. 895
 quin et bella canunt ignes subitosque tumultus
 et clandestinis surgentia fraudibus arma,
 externas modo per gentes, — ut foedere rupto
 cum fera ductorem rapuit Germania Varum
 infecitque trium legionum sanguine campos, 900
 arserunt toto passim minitancia mundo
 lumina, et ipsa tulit bellum natura per ignes
 opposuitque suas vires finemque minata est.
 nec mirere graves rerumque hominumque ruinas:
 saepe domi culpa est; nescimus credere caelo; 905
 civilis etiam motus cognataque bella
 significant. nec plura alias incendia mundus
 sustinuit, quam cum ducibus iurata cruentis
 arma Philippeos implerunt agmine campos.

881 Lucan. V 811: 'flamma tacitas urente medullas'

882 orbes L ¹	883 succensi . . . sepulchri G	884 Erechtheos] Erectecos ML ¹	887 medicae M
medici LG	votis L ¹	890 membris] morbis C	891 vix V ₂
via O	895 hominum ego omnium M	novum LG	901 minitancia G
imitancia M	munitancia L	904 nec LG	ne M
mirere] mirereque M	906 et nam M		

- 910 vixque etiam sicca miles Romanus harena
 ossa virum lacerosque prius superastitit artus,
 imperiumque suis confligit viribus ipsum,
 perque patris pater Augustus vestigia vicit.
 necdum finis erat: restabant Actia bella
 915 dotali commissa acie, repetitaque rerum
 alea, et in ponto quaesitus rector Olympi,
 femineum sortita iugum cum Roma pependit,
 atque ipsa Isiaco certarunt fulmina sistro.
 restabant profugo servilia milite bella,
 920 cum patrios armis imitatus filius hostis
 aequora Pompeius cepit defensa parenti.
 sed satis hoc fatis fuerit. iam bella quiescant,
 atque adamanteis discordia vineta catenis
 aeternos habeat frenos in carcere clausa.
 925 sit pater invictus patriae, sit Roma sub illo,
 cumque deum caelo dederit, non quaerat in orbe.

910 Lucan. VII 854: 'siccus . . . campos'
 919 Lucan. I 43: 'servilia bella'; VI 420

918 Lucan. X 63

910 vix G 911 lacerosque . . . ari M 912 confligit] cum
 flexit M 916 alea G . . . lea L alia M 917 Roma F pompa O
 pependit Susius rependit O 920 imitatur M 923 mutra M
 925 sit . . . sit] sic . . . sic M 926 quaerat] querit M p. h. v.
 sequitur in M: M. Manili Astronomicon liber primus explicit,
 incipit secundus: *nulla subscriptio* LG¹, explicit liber primus,
 incipit secundus G (m. saec. XV). In ML sequuntur capitula
 libri secundi: quae signa masculina sunt et quae feminina /
 quae humana quae duplicia et quae biforma quae nocturna /
 aut diurna quae humida quae terrena aut communia quae
 fecunda quae currentia aut recta quae sedentia aut latentia
 quae debilia quae verna aestivalia autumnalia et hiberna
 quae cauta et eorum dextra et sinistra de mensura trigonorum
 et quadratorum in partes de signis exagonis de coniunctis
 quae sexto loco sint de contrariis ad cuius tutelam quaeque
 signa referuntur quorum membrorum in homine quodque
 signum tutelam habeat signorum inter se commercia visus
 auditus odia / de duodecim cathemoriis.

LIBER SECUNDUS

Maximus Iliacae gentis certamina vates
 et quinquaginta regum regemque patremque
 Hectoreamque facem tutamque sub Hectore Troiam,
 erroremque ducis totidem quot vicerat annis
 instantem bello geminata per agmina ponto 5
 ultimaque in patria captisque penatibus arma
 ore sacro cecinit; patriae qui iura petenti
 dum dabat eripuit, cuiusque ex ore profusos
 omnis posteritas latices in carmina duxit
 amnemque in tenues ausa est diducere rivos, 10
 unius fecunda bonis; sed proximus illi
 Hesiodus memorat divos divumque parentis
 et chaos enixum terras orbemque sub illo
 infantem et primos titubantia sidera cursus
 Titanasque senes, Iovis et cunabula magni, 15
 et sub fratre viri nomen, sine matre parentis,
 atque iterum patrio nascentem corpore Bacchum,
 omniaque immenso volitantia lumina mundo.
 quin etiam ruris cultus legesque notavit
 militiamque soli: quod colles Bacchus amaret. 20

4 Claud. c. min. 30, 27

3 Hectoreamque facem *Scal.* Hectoreumque facit **O** 4 quot
M²G quod **M¹L** 5 agmina **O** aequora **C** 6 captisque **M²L**
 capitisque **M¹** captis **G** 7 patriae qui iura petenti *ego*, patriae
 cui iura petenti *Gron.* patria quae iura petentem **O** *post h. v*
sequitur in M omnia pervolitans (*cf. II 66*) 8 dabit **M**
 cuiusque] tunisque **M¹** (*supra tu scripto ri*) profusos **L** pro-
 fusus **M** profusas **G** 9 latices **M²** latites **M¹** lances **LG** duxit!
 dixit **G** 10 diducere *Markl.* deducere **O** 12 parentis **L¹G**
 parentes **L²** potentis **M** 14 cursus *Bech.* corpus **O** passus
Loewe 15 Iovis et **G** iuisse **ML** 16 matre *Hug* fratre **O**
 18 lumina **C** numina **M²LG** rumina **M¹** *versum damnavit Br.*
 19 quin] quique **G¹** notavit *Francius* notarit **G¹** rogarit **MLG²**
 novandi *Bentl.* 20 quid **L¹** amarit **G²**

quod fecunda Ceres campos, quod Pallas utrumque,
atque arbusta vagis essent quod adultera pomis,
silvarumque deos sacrataque flumina nymphis,
pacis opus magnos naturae condit in usus.

- 25 astrorum quidam varias dixere figuras
signaque diffuso passim labentia caelo
in proprium cuiusque genus causasque tulere:
Persea et Andromeden poena matremque dolentem
solventemque patrem raptamque Lycaone natam
30 officioque Iovis Cynosuram, lacte Capellam,
et furto Cynum, pietate ad sidera ductam
Erigonen ictuque Nepam spolioque Leonem
et morsu Cancrum, Pisces Cythereide versa.
Lanigerum victo ducentem sidera ponto,
35 ceteraque ex variis pendentia casibus astra
aethera per summum voluerunt fixa revolvi.
quorum carminibus nihil est nisi fabula caelum,
terraque composuit caelum, quae pendet ab illo.
quin etiam pecorum ritus et Pana sonantem
40 in calamos Sicula memorat tellure creatus;
nec silvis silvestre canit perque horrida motus
rura serit dulcis musamque inducit in arva.
ecce alius pictas volucres ac bella ferarum.
ille venenatos anguis, hic naviter herbas
45 fata refert vitamque sua radice ferentis.
quin etiam tenebris immersum tartaron atra

26 Lucan. VIII 172: 'labentia caelo'

21 Pallas Creech Bacchus O 23 flumina Thom. numina LG
rumina M nymphis] lymphis Br. numina retineus 28 Persea
Scal. Persi LG Parsi M in m. pars. Andromeden Bentl. Andro-
mede O poena Bentl. poenas O 29 solantemque V^{en} Bentl.
raptuque Bentl. 35 ceterasque M¹ 38 terrave V₂; caelum-
que dependet M 39 pecorum ritus MG ritus pecorum L ritus
pastorum Bentl. 40 creatus ML² creatis L¹G 41 per quod M
42 arva Scal. arva O antra Bentl. 44 venenatos anguis G
venenato sanguis ML¹ (sanguis L²) hic naviter ego hic nata
per O aconitaque et Housm. 45 sua M^{en} suam O 46 im-
mersum tartaron Scal. immensum tartara O atra Vossius na-
tram G nacta M natum L

in lucem de nocte vocant orbemque revolvunt
 interius versum naturae foedere rupto.
 omne genus rerum doctae cecinere sorores;
 omnis ad accessus Heliconis semita trita est, 50
 et iam confusi manant de fontibus amnes
 nec capiunt haustum turbamque ad nota ruentem.
 integra quaeramus rorantis prata per herbas,
 undamque occultis meditantem murmur in antris,
 quam neque durato gustarint ore volucres, 55
 ipse nec aetherio Phoebus libaverit igni.
 nostra loquar; nulli vatium debebimus ora,
 nec furtum, sed opus veniet, soloque volamus
 in caelum curru, propria rate pellimus undas.
 namque canam tacita naturae mente potentem 60
 infusumque deum caelo terrisque fretoque
 ingentem aequali moderantem foedere molem,
 totumque alterno consensu vivere mundum
 et rationis agi motu, cum spiritus unus
 per cunctas habitet partes atque irriget orbem 65
 omnia pervolitans corpusque animale figuret.
 quod nisi cognatis membris contexta maneret
 machina et imposito pareret tota magistro,
 ac tantum mundi regeret prudentia censum,
 non esset statio terris, non ambitus astris, 70
 haereretque vagus mundus standoque rigeret,
 nec sua dispositos servarent sidera cursus,
 noxque alterna diem fugeret rursusque fugaret;
 non imbres alerent terras, non aethera venti,
 nec pontus gravidas nubes, nec flumina pontum, 75
 nec pelagus fontis, nec staret summa per omnis

63 (68) Claud. Theod. 102

50 Heliconis <i>Reg.</i>	Helicones O	52 nota] vota M nata C
53 rotantis M	54 antris] nautri M	55 gustarint L ² G gu-
starunt ML ¹	56 libaverit V ₂ liberaverit ML ¹ (<i>in ras.</i>) libra	verit L ² libaverit G
57 orā] orsa <i>Scal.</i>	58 volavi M	
59 proprio L ¹	60 naturam <i>Bentl.</i>	65 aequae M
sum <i>Scal.</i> sensum O	71 reget M	69 cen-

par semper partis aequo digesta parente,
 ut neque deficerent undae nec sideret orbis,
 nec caelum iusto maiusve minusve volaret.
 80 motus alit, non mutat opus; sic omnia toto
 dispensata manent mundo dominumque sequuntur.
 hic igitur deus et ratio, quae cuncta gubernat,
 ducit ab aetheriis terrena animalia signis.
 quae quamquam longo cogit summota recessu
 85 sentiri tamen, ut vitas ac fata ministrent
 gentibus ac proprios per singula corpora mores.
 nec nimis est quaerenda fides: sic temperat arva
 caelum, sic varias fruges redditque rapitque,
 sic pontum movet ac terris immittit et aufert; —
 90 atque haec seditio pelagus nunc sidere lunae
 mota tenet, nunc diverso stimulata recessu,
 nunc anni spatio Phoebum comitata volantem; —
 sic submersa fretis concharum et carcere clausa
 ad lunae motum variant animalia corpus
 95 et tua damna, tuas imitantur, Delia, vires;
 tu quoque fraternis sic reddis curribus ora
 atque iterum ex isdem repetis, quantumque reliquit
 aut dedit ille, refert et sidus sidere constas.
 denique sic pecudes et muta animalia terris,
 100 cum maneant ignara sui legisque per aevum,
 natura tamen ad mundum revocante parentem
 attollunt animos caelumque et sidera servant

96 Lucan. I 538: 'Phoebe toto fratrem cum redderet orbe'

77 par F pars O 78 sideret *Bentl.* sidera O orbis ML¹G¹
 nobis L²G² 79 minusve L minusque MG 83 aetheriis *Bon.*
 aeternis O 84 summara M 85 vitas G vita ML 86 pro-
 prius L¹ 87 nec nimis *Bentl.* nec minus LG nec munus M
 temperat] temptat M 89 ac terris LG a terra M 90 sidere
Scal. sidera O 91 tenet V^{en} tenent O diverso *ed. Rom. 1510*
 diviso O recessu] recessum M 92 spacium M voluntatem M
 93 sic M si LG 95 tua *Bentl.* tum M cum LG 96 cru-
 ribus L¹ 97 repperis M reliquit F relinquis O 98 refert
Scal. refert O constas G constans ML 100 ignata M 102 ac
 tollunt M

corporaque ad lunae nascentis cornua lustrant
 venturasque vident hiemes, reditura serena:
 quis dubitet post haec hominem coniungere caelo? 105
 eximium natura dedit linguamque capaxque
 ingenium volucrumque animum, quem denique in unum
 descendit deus atque habitat seque ipse requirit.
 mitto alias artes, quarum est permissa facultas,
 infidas adeo nec nostri munera census, 110
 mitto, quod aequali nihil est sub lege tributum,
 [quod patet auctores summi non corporis esse]
 mitto quod <et> certum est et inevitabile fatum,
 materiaeque datum est cogi, sed cogere mundo.
 quis caelum posset nisi caeli munere nosse 115
 et reperire deum, nisi qui pars ipse deorum est,
 atque hanc convexi molem sine fine patentis
 signorumque choros ac mundi flammea tecta
 aeternum et stellis adversus sidera bellum
 [ac terras caeloque fretum subiectaue utrisque] 120
 cernere et angusto sub pectore claudere posset,
 ni tantos animis oculos natura dedisset
 cognatamque sui mentem vertisset ad ipsam
 et tantum dictasset opus, caeloque veniret
 quod vocat in caelum sacra ad commercia rerum 125
 et primas quas dant leges nascentibus astra?
 quis neget esse nefas invitum prendere mundum
 et velut in semet captum deducere in orbem?

106 eximium] cui xenium *Bentl.* consilium *Garrod* eximiam
Reg. 108 habitet **M** seque ipse **O** ipsumque **C** requirit **L**²**G**
 requirit **ML**¹ 109 mitto **L**¹(?)**G** mitte **ML**² est] haut *Bentl.*
 110 infidas **V**^{en} infidos **O** 112 summi **V**₂ summam **M** summa **LG**
 corporis] pectoris *Garrod*; *versum damnavit Bentl.* 113 <et>
 certum *Scal.* certum **O** 114 materiaeque] que *delevit L*¹
 datum est **M** fatum est **L** sat est **G** 115 posset **G** (*cf. vv. 121,*
122) possit **ML** munere nosse *Gron.* munera nosset **O** 116 nisi
 qui pars] nisi ipsa pars (*om. qui*) **M** ipse *Scal.* ipsa **O** 117 at-
 que] quisve *Bentl.* sine **ML**² nisi **L**¹**G** patentis *Scal.* parentis **O**
 120 *seclusit Bentl.* 121 posset **G** possit **ML** 122 animis **G**
 animi **ML** 126 prima **M** 127 invitum] mutum **M**

sed ne circuitu longo manifesta probentur,
 130 ipsa fides operi faciet pondusque fidemque.
 nam neque decipitur ratio nec decipit umquam:
 rite sequenda via est ac veris credita causis,
 eventusque datur, qualis praedicitur ante.
 quod fortuna ratum faciat, quis dicere falsum
 135 audeat et tantae suffragia vincere sortis?
 haec ego divino cupiam cum ad sidera flatu
 ferre, nec in turba nec turbae carmina condam,
 sed solus vacuo veluti vectatus in orbe
 liber agam currus, non occurrentibus ullis
 140 nec per iter socios commune gerentibus actus,
 sed caelo noscenda canam mirantibus astris
 et gaudente sui mundo per carmina vatis,
 vel quibus illa sacros non invidere meatus
 notitiamque sui, minima est quae turba per orbem:
 145 illa fluit, quae divitias, quae diligit aurum,
 imperia et fasces mollemque per otia luxum
 et blandis adversa sonis dulcemque per aures
 affectum, ut modico noscenda ad fata labore.
 hoc quoque fatorum est, legem perdiscere fati.
 150 et primum astrorum varia est natura notanda
 carminibus per utrumque genus. nam mascula sex sunt,
 diversi totidem generis sub principe Tauro.
 cernis ut aversus redeundo surgat in arcum?

150sq. cf. Firm. II 11, 1; II 1, 3

130 pontusque M 132 sequenda *Fayus* secunda O secunda
Scal. 134 ratum faciat LG² faciat ratum M ratum faciet G¹
 135 fortis M 136 flatu LG flatum M fato C 137 in turba Br.
 in turbam O carmina] carmine L¹ condam G quondam ML
 138 vectatur L¹ 139 liber agam currus *Bentl.* ubera tam cur-
 rus ML¹ umbrato curru L²G librato curru Br. ullis] illis M
 140 per iter] ptim M 141 nascenda M mirantibus L²G tyrantibus
 (*mutatum in gyrantibus*) L¹ rexantibus M 143 vel] ut M
 meatus] meatis M 147 adversa] diversa *Scal.* 149 post
 h. r.: quae signa masculina sint quae feminina et quae hu-
 mana MG, *spatium duarum linearum in L* 150 et MG t (*om.*
littera initiali) L ac *Jacob* 153 aversus *Scal.* adversus O
 redeundo *om.* G¹ (*addidit in m. man. rec.*)

alternant genus et vicibus variantur in orbem.

humanas etiam species in parte videbis. 155

nec mores distant. pecudum pars atque ferarum
ingenium facient; quae iam signanda sagaci
singula sunt animo, propria quae sorte feruntur.

nunc binis insiste; dabunt geminata potentis
per socium effectus; multum comes addit et aufert, 160

ambiguisque valent, quis sunt collegia, fatis
ad meritum noxamque. duos per sidera Pisces
et totidem Geminos nudatis aspice membris.

his coniuncta manent alterno bracchia nexu;
dissimile est illis iter in contraria versis; 165

par numerus; sed enim dispar natura notanda est.
atque haec ex paribus toto gaudentia censu

signa meant; nihil exterius mirantur in ipsis
amissumve dolent, quaedam quod parte recisa

atque ex diverso commissis corpore membris, 170

ut Capricornus <et> intentum qui dirigit arcum
iunctus equo; pars huic hominis, sed nulla priori.

hoc quoque servandum est alta discrimen in arte;
distat enim gemina duo sint duplane figura.

quin etiam Erigone binis numeratur in astris, 175

nec facie, ratione duplex; nam desinit aestas,
incipit autumnus media sub Virgine utrimque.

idecirco tropicis praecedunt omnibus astra
bina, ut Lanigero, Chelis Cancroque Caproque,

158 sorte **L** forte **MG** *post h. v.*: quae signa duplicia sint et
que biformia **M** quae signa dupla sint et biforma **G** *spatium*
unius lineae in L 160 addit **L²G** addet **L¹M** 161 ambiguis-
que **M** ambiguusque **L** ambiguus **G** quis sunt **LG** qui sunt **M**
qui sint **C** 168 exterius mirantur **L²G** exterminantur **L¹M**
169 amissumve **F** admissumve **ML** admissumque **G** dolent **L²G**
dolens **L¹M** 171 ut **L¹G** utque **L²** ut quae **M** <et> *Jacob*
Capricornus intentum qui **M** **C.** qui intentum **L** **C.** et hic qui
intentum **G** 172 hominis **M** oris **LG** priori **M** prioris **LG**
174 gemina *Scal.* gemini **O** sint] sunt **L¹** duplane **L¹G** duplane
L²M 176 ratione *Bentl.* ratio **O** 177 utrimque **L²** utrumque
L¹MG

180 quod duplicis retinent conexo tempore vires;
 ut quos subsequitur Cancer per sidera fratres,
 e Geminis alter florentia tempora veris
 sufficit, aestatem sitientem provehit alter,
 nudus uterque tamen, sentit quia uterque calorem,
 185 ille senescentis veris, subeuntis at ille
 aestatis; par est primae sors ultima parti.
 nec non Arcitenens, qui te, Capricorne, sub ipso
 promittit, duplici formatus imagine fertur.
 mitior autumnus mollis sibi vindicat artus
 190 materiamque hominis; fera tergo membra rigentem
 excipiunt hiemem mutantque in tempora signum.
 quosque Aries prae se mittit, duo tempora Pisces
 bina dicant; hiemem claudit, ver inchoat alter,
 cum sol aequoreis revolans decurrit in astris,
 195 hiberni coeunt cum vernis roribus imbres;
 utraque sors umoris habet fluitantia signa.

quin tria signa novem signis coniuncta repugnant,
 et quasi seditio caelum tenet: aspice Taurum
 clunibus et Geminos pedibus, testudine Cancrum
 200 surgere, cum rectis oriantur cetera membris.
 ne mirere moras, cum sol aversa per astra
 aestivum tardis attollat mensibus annum.
 nec te praetereat, nocturna diurnaue signa

180 retinent *Reg.* retinet O 181 quos *Reg.* quod O
 182 e M et LG veris *Reg.* viris M vires LG 184 calorem G
 colorem ML 185 veris *Dulcinius* vires O at *Scal.* et O
 186 aestatis L¹G² aetatis L² aeratis M par M pars LG 187 nec
 non L²G² nec iam M haec iam L¹G¹ 190 hominis M oris LG
 fera tergo G ferat ergo L fera ergo M rigentem] ferentem M
 191 mutantque *Jacob* nunciamque L nunc iamque G nuncia-
 que M nunc itque in frigora signum *Brodribb* 192 munit M
 194 sola et aequoreis revolvans M 195 vernis M ver//tus L¹
 ver tunc L²G roribus *Scal.* roboris O imbres] umbres M
 196 sors umoris *Scal.* sursum oris O post h. v.: quae sint ad-
 versa MG 197 quin *Scal.* quod O coniuncta L²G quod iuncta
 L¹M repugnant] repugna M 201 ne ML nec G aversa *Bul-*
lialdus adversa O 202 attollit C post h. v.: quae nocturna
 aut diurna (habeantur) O 203 praetereat *Bon.* praetereant O

quae sint perspicere et propria deducere lege, 205
 non tenebris aut luce suam peragentia sortem.
 nam commune foret nullo discrimine nomen,
 omnia quod certis vicibus per tempora fulgent,
 et nunc illa dies, nunc noctes illa sequuntur,
 sed quibus illa parens mundi natura sacratas
 temporis attribuit partes statione perenni. 210
 namque Sagittari signum rabadique Leonis
 et sua respiciens aurato vellere terga,
 tunc Pisces et Cancer et acri Scorpios ictu
 aut vicina loco, divisa aut partibus aequis,
 omnia dicuntur simili sub sorte diurna; 215
 cetera nec numero dissortia, nec vice sedis,
 interiecta locis totidem nocturna feruntur.
 quin etiam sex continuis dixere diurnas
 esse vices astris, quae sunt a principe signo
 Lanigeri; sex a Chelis nocturna videri. 220
 sunt quibus esse diurna placet, quae mascula surgunt;
 feminea in noctem tutis gaudere tenebris.

quin nonnulla tibi nullo monstrante loquuntur,
 Neptuno debere genus: scopulosus in undis
 Cancer et effuso gaudentes aequore Pisces. 225
 sunt quae terrena censentur sidera sorte,
 princeps armenti Taurus regnoque superbus
 lanigeri gregis est Aries pestisque duorum
 praedatorque Leo <et> dumosis Scorpius arvis.

182 Cul. 410 212 Germ. Arat. I 532: 'aurato vellere'

207 cernis M 209 parens L²G pars L¹M sacratas Scal.
 sacrata est O 210 perenni G perhenni L perentum M 211 ra-
 badique G rapidique LM 213 tunc V^{on} nunc O pisces et M^{on}
 pisces O et acri Scorpios Scal. et Cancrion Scorpion O 216 dis-
 sortia Ellis consortia O 219 astris Benth. castris O 220 Che-
 lis Benth. libris LG libra M 221 mascula om. M 222 post
 h. v.: quae humida (humana G) aut terrena aut communia MG
 223 quin Scal. quid M quod LG tibi Lannoius sibi O
 225 gaudentes M^{on} gaudentes in O 226 sunt Thom. ut O
 228 est] ecce Thom. pestisque Gron. positique LG posid-
 que M 229 <et> Benth.

230 sunt etiam mediae legis communia signa,
ambiguus terrae Capricornus, Aquarius undis.
[parsque marina nitens fundentis semper Aquari]
umida terrenis aequali foedere mixta.

non licet a minimis animum deflectere curis,
235 nec quicquam rationis eget frustrave creatum.
fecundum est proprie Cancri genus, acer et ictu
Scorpios et partu complentes aequora Pisces.
sed sterilis Virgo est simili coniuncta Leoni;
nec capit aut captos effundit Aquarius ortus.
240 inter utrumque manet Capricornus corpore mixto,
et qui Cretaeo fulget Centaurus in arcu,
communisque Aries aequantem tempora Libram
et Geminos Taurumque pari sub sorte recenset.

nec tu nulla putes in eo commenta locasse
245 naturam rerum, quod sunt currentia quaedam,
ut Leo et Arcitenens Ariesque in cornua tortus;
aut quae recta suis librantur stantia membris,
ut Virgo et Gemini fundens et Aquarius undas.
vel quae fessa sedent pigras referentia mentes,
250 Taurus depositis collo sopitus aratris,
Libra sub emerito considens orbe laborum,
tuque tuo, Capricorne, gelu contractus in astris.
contra iacet Cancer patulam distentus in alvum,
Scorpios incumbens plano sub pectore terrae,
255 in latus obliqui Pisces semperque iacentes.

231 ambiguus L²G ambiguus M ambiguis L¹ 232 nitens] tutens M; *versum damnavit Bentl.* 233 aequali Scal. atque illi O foedere Scal. degenere M degere LG *post h. v.:* quae facunda habeantur M quae faecunda G 238 simili L²G similis L¹M 239 et fundit M 240 mixtum L¹ 242 tempora M tempore LG 243 genuos M taurum M *post h. v.:* quae sint currentia aut recia M quae currentia aut recta G 244 locasse Bentl. vocasse O 247 librantur MG librentur L 248 *post h. v.:* quae sedentia aut iacentia MG 253 contra ML contrat G contra tu (*expuncto* iacet) Kleing. iacet O iacent Bentl. 254 pectore G¹ corpore LMG² 255 obliquis L *post h. v.:* quae sint debilia MG

quodsi sollerti circumspicis omnia cura,
 fraudata invenies amissis sidera membris.
 Scorpios in Libra consumit bracchia, Taurus
 succidit in curvo claudus pede, lumina Cancro
 desunt, Centauro superest et quaeritur unum. 260
 sic nostros casus solatur mundus in astris
 exemploque docet patienter damna subire,
 omnis cum caelo fortunae pendeat ordo,
 ipsaque debilibus formentur sidera membris.

temporibus quoque sunt propriis pollentia signa: 265
 aestas a Geminis, autumnus Virgine surgit,
 bruma Sagittifero, ver Piscibus incipit esse.
 quattuor in partes scribuntur sidera terrae,
 hiberna aestivis, autumnis verna repugnant.

nec satis est proprias signorum noscere formas: 270
 consensu quoque fata movent et foedere gaudent
 atque aliis aliae succedunt sorte locoque.

circulus ut dextro signorum clauditur orbe,
 in tris aequalis discurrit linea ductus, 275
 inque vicem extremis iungit se finibus ipsa,

et quaecumque ferit, dicuntur signa trigona,
 in tria partitus quod ter cadit angulus astra,
 quae divisa manent ternis distantia signis.

Laniger ex paribus spatiis duo signa, Leonis
 atque Sagittari, diverso conspicit ortu. 280

Virginis et Tauri Capricorno consonat astrum.

cetera sunt simili ratione triangula signa
 per totidem sortis distant quae condita mundo;

282 cf. Firm. II 22, 3sqq.

259 perde M	Cancro Reg. Caneri O	260 urium M
261 nostro M	262 patientur M	264 post h. v.: quae verna
estivalia autumnalia hiemalia M	quae vernalia aestivalia au-	
tumnalia hiemalia G	267 vir M	268 terrae] terna Fayus
269 post h. v.: quae cauta et eorum dextra aut sinistra M	quae	
eorum dextra aut sinistra G	272 sorte G ¹ C forte MLG ²	273
dextro] flexo Bentl.	277 partitus M partitur LG	279 ex Ellis
et O	283 sortis Scal. tortis O	distant L. Mue. desunt O desunt
quae cet. (v. 283) usque ad exemplo est (v. 287) damnat Bentl.		

sed discrimen erit, dextra an sint laeva: sinistra,
 285 quae subeunt, quae praecedunt, dextra esse feruntur.
 dexter erit Tauro Capricornus, Virgo sinistra.
 hoc satis exemplo est. at quae divisa quaternis
 partibus aequali laterum sunt condita ductu,
 quorum designat normalis virgula sedes,
 290 haec quadrata ferunt: Libram Capricornus et illum
 conspicit hinc Aries, atque ipsum a partibus aequis
 Cancer, et hunc laeva subeuntis sidera Librae.
 semper enim dextris censentur signa priora.
 sic licet in totidem partes diducere cuncta
 295 ternaque bis senis quadrata effingere signis,
 quorum proposito reddentur in ordine vires.

sed si quis contentus erit numerasse quadrata,
 divisum <ut> signis mundum putet esse quaternis,
 aut tria sub quinis signis ornare trigonum,
 300 ut socias vires et amicos exigit ortus
 foederaque inveniat mundi cognata per astra,
 falsus erit. nam quina licet sint undique signa,
 qui tamen ex signis, quae quinto quoque feruntur
 astra loco, fuerint nati, sentire trigoni
 305 non poterunt vires, licet illud nomine servent;
 amisere loco dotes numerisque repugnant.
 nam cum sint partes orbis per signa trecentae
 et ter vicinae, quas Phoebi circuit ardor,
 tertia pars eius numeri latus efficit unum

284 dextra an sint laeva *Jacob* dextris seu causa O (eusa M)
 286 dextera LV^{en} 287 at M ad LG quae] huc M 290 haec
 <quadra>ta *Bentl.* haec ta MG haecca L ferunt LG fer M
 Libram Capricornus et ML Libram tortus C. V₂ Libram C. spec-
 tat et F Libram C. et (spectat *man. rec. in m.*) G 291 hinc M
 hanc L¹ hunc L²G atque ipsum a O atque illum CV₂F
 294 sic licet *Scal.* scilicet O diducere *Bech.* deducere O 295 ter-
 naque V₂ ternaque O terra bis C quadrata V₂ quadrate O
 effingere *Bentl.* fringere O (*prius r erasum in L*) 296 red-
 dentur *Bentl.* redduntur O (*post h. v.: de mensura eorum signi-*
liter atque partiliter MG, spatium unius versus in L vacuum re-
lictum 298 <ut> *Scal.* 304 fuerunt M nati G natis ML
 305 nomine L²G nomina L¹M 308 ter L² tunc L¹MG

in tris perducti partes per signa trigoni. 310
 hanc autem numeri non reddit linea summam,
 si signum a signo, non pars a parte notetur.
 quod quamvis duo sint ternis dirimentibus astra,
 si tamen extremam laevi primamque prioris
 inter se conferre voles numerumque notare, 315
 ter quinquagenas implebunt ordine partes;
 transibit numerus normam finesque sequentis
 consumet ductus. licet ergo signa trigona
 dicantur, partes non servant illa trigonas.
 haec eadem species fallit per signa quadrata; 320
 quod cum totius numeri, qui construit orbem,
 ter triginta quadrum partes per sidera reddant,
 evenit, ut, prima signi de parte prioris
 si partem ad summam ducatur virga sequentis,
 bis sexagenas faciat; sin summa prioris 325
 et pars confertur subiuncti prima, duorum
 signorum in medio numerum transitque refertque;
 triginta duplicat partes, pars tertia deerit;
 et quamvis quartum a quarto quis computet astrum,
 naufragium facient partes unius in ipsis. 330
 non igitur satis est signis numerasse trigona
 quadrative fidem caeli per signa quaterna,
 quadrati si forte voles effingere formam,
 aut trinis paribus facies cum membra trigoni,
 hic poscit quintam partem centesima summa, 335
 illic amittit decimam. sic convenit ordo.
 et quicumque quater iunctus favet angulus usque,

310 perducti L^2 praeducti L^1MG 313 sint C sunt O ternis
 dirimentibus *Bentl.* adiri (andri M) mentibus O 314 extre-
 mam *Reg.* extremum O primamque M primamve L^2G primam L^1
 315 voles ML^2 volens L^1G numerumque L^2G numerique ML^1
 317 normam *ego* formam O 322 ter triginta quadrum] ter
 quadra triginta *Jacob (in praef.)* 323 post 325 collocat G
 et venit ML^1 325 in summa L^1G 326 subiuncti *Reg.* sub-
 iunctis O subeuntis *Garrod* 331 trigona M trigonas LG
 332 quaterna MLG^2 quadrata (*linea subducta*) tuaterna G^1
 334 aut trinis paribus] partibus aut trinis *Garrod* 337 iunctus
Reg. cunctis O iunctis *Scal.*

quaeque loca in triplici signarit linea ductu,
 cum signata viae linquet dispendia recta,
 340 his natura dedit communi foedera lege,
 inque vicem affectus et mutua iura favoris.
 quocirca non omnis habet genitura trigonis
 [consumet ductus. licet ergo signa trigona
 dicantur, partis non servant illa trigonis]
 345 consensum signis, nec cum sunt forte quadrata,
 continuo inter se servant commercia rerum.
 distat enim, [an] partis consumat linea iustas,
 detractetve modum numeri, quem circulus ambit.
 nunc tris efficiat, nunc quattuor undique ductus,
 350 quos in plura iubet ratio procedere signa
 interdum, quam sunt numeris memorata per orbem.
 sed longe maior vis est per signa trigoni
 quam quibus est titulus sub quarto quoque quadratis.
 altior est horum summoto linea templo,
 355 illa magis vicina meat caeloque recedit,
 et propius terras accedit visus eorum
 aeraque infectum nostras demittit ad auras.
 debilia alternis data sunt commercia signis
 mutua nec magno consensu foedera servant,
 360 invita angusto quod linea flectitur orbe.
 nam cum praeteriens formatur singula limes
 sidera, et alterno devertitur angulus astro
 sexque per anfractus curvatur virgula in orbem:

338 signarit L²G signaret L¹M 339 signata | sinuata *Pin-*
greus linquet] liquet L¹ 342 trigonis L¹M trigonos L²G
 343 4 male repetitos ex 318—319 seclisit *Bentl.* consummet G
 345 concensum M nec cum] necum L¹ vecum M 346 con-
 tinuo *Reg.* continua O 347 an *delevit Bentl.* 348 detractet-
 ve *Bentl.* detractetque O 349 efficiat *Scal.* efficiet O
 350 iubet *Scal.* iuvet O 353 quadratus G¹ 355 credit M
 356 proprius L¹ 357 infectum L²G in effectum L¹M de-
 mittit F dimittit O *post h. v.:* de signis exagonis (-iis) MG (*in*
m. L) 358 debilia *Jacob* duvaeque M dubiaque G¹ (*ss. devia*)
 eviaque L quin dubia *Garrod* 361 praeteriens *Housm.* pra'e-
 dales ML¹ pertales L²G formatur *Ellis* formantur O 363 cur-
 vantur ML¹

a Tauro venit in Cancrum, tum Virgine tacta
 Scorpion ingreditur, tum te, Capricorne, rigentem 365
 et geminos a te Pisces aversaque Tauri
 sidera contingens finit qua coeperat orbem.
 alterius ductus locus est per transita signa,
 utque ea praetereas, quae sunt mihi singula dicta,
 flexibus ex totidem similis fit circulus illi. 370
 transversos igitur fugiunt subeuntia visus,
 quod nimis inclinant aciem limisque videntur
 vicinoque latent; ex recto certior ictus.
 * [tertia converso conduntur signa recessu.]
 et quae succedit convexo linea caelo, 375
 singula circuitu quae tantum transeat astra,
 vis eius procul est altoque vagatur Olympo,
 et tenuis vires ex longo mittit in orbem.
 sed tamen est illis foedus sub lege propinqua,
 quod non diversum genus est subeuntibus astris, 380
 mascula sed maribus respondent, cetera sexus
 feminei secum iungunt commercia mundi.
 sic quicquam alternis paret natura figuris,
 et cognata iacent generis sub legibus astra.
 iam vero nulla est haerentibus addita signis 385
 gratia; nam consensus hebet, quia visus ademptus.

382 Claud. Rapt. I 91: 'geminoque facis commercia mundo'

365 tum *Bentl.* quo O quin *Br.* regentem M 366 aversa-
 que Tauri *Huet* adversaque Tauro O 368 alterius MC alter-
 nis LG est *Scal.* et O 368 post 369 collocat G 370 ex *Ellis*
 et O fit M^{on} in ML¹ it G sit L² circulis L¹ illi *Fayus* illis O
 372 nimis] nemis ML¹ inclinant M^{on} inclinat LG inclinata M
 aciem *Reg.* anne L¹G acne L² cue M 374 alteri *recensioni tri-*
bui 375 quae L²G quia M q. L¹ 377 vagatur F vagantur
 ML²G vaganter L¹ 379 foedus *Scal.* Ph(o)ebus LG Foebus M
 380 est *om.* G subeuntibus *Br.* quod euntibus O 381 sed]
sex Scal. 382 secum iungunt *Bentl.* se coniungunt O 383 quic-
 quam] quamquam *Bentl.* alternis L alterius MG 384 iacet L¹
 post *h. v.:* de inconiunctis (coniunctis L) signis et quae sexto
 loco s't (sunt) MG (*in m. L*) 386 hebet *Scal.* habet O post
 consensus et post visus, non post hebet *interpunxit Garrod*

in seducta ferunt animos, quae cernere possunt.
sunt etiam adversi generis conexas per orbem
mascula femineis semperque obsessa vicissim:

390 disparibus non ulla datur concordia signis.

sexta quoque in nullas numerantur commoda vires,
virgula per totum quod par non ducitur orbem,
sed duo signa ferit mediis summota quaternis,
tertius absumpto ductus non sufficit orbe.

395 at quae diversis ex partibus astra refulgent
per medium adverso mundum pendentia vultu
et toto divisa manent contraria caelo,

septima quaeque loco quamvis summota feruntur,
ex longo tamen illa valent viresque ministrant

400 vel bello vel pace suas, ut tempora poscunt,
nunc foedus stellis nunc et dictantibus iras.

quod si forte libet, quae sunt contraria signa,
per titulos celebrare suos sedesque, memento
solstitium brumae, Capricornum opponere Cancro,

405 Lanigerum Librae — par nox in utroque diesque est —,
Piscibus Erigonen Iuvenique urnaeque Leonem;
Scorpios e summo cum fulget, Taurus in imo est,
et cadit Arcitenens Geminis orientibus orbe.

hos servant inter sese contraria cursus.

410 sed quamquam adversis fulgent contraria signis,
natura tamen interdum sociata feruntur,
et genere ex simili concordia mutua surgit,

391sq. cf. Firm. II 23, 7

387 possunt O 392 par Scal. pars O 393 ferit Bentl. fe-
cit L facit GC ferunt M 394 absumpto Reg. adsumpto L¹M
assumpto L²G post h. v.: de contrariis signis M de contrariis G
(in m.) 395 at quae Scal. atque ea O (tqu; ea L) 396 ad-
versos L¹ 397 manent L²G manet L¹M 399 ex] et M va-
lent ML²G manent L¹ 401 foedus Bentl. Ph(o)ebo O ditant-
tibus istas M 402 sunt ML sint G 405 diesque est ML dies-
que G 406 Erigone O 408 cadit L²G cadet L¹M 409 hos
servant Jacob observant O versus damnat Bentl. 410 ad-
versus M 412 genere F genera O ex simili ego exemplis O

mascula si paribus vel si diversa suorum
 respondent generi; Pisces et Virginis astra
 adversi volitant, sed amant communia iura, 415
 et vincit natura locum; sed vincitur ipsa
 temporibus, Cancerque tibi, Capricorne, repugnat,
 femina femineo, quia brumae dissidet aestas.
 hinc rigor et glacies nivibusque albentia rura,
 hinc sitis et sudor nudusque in solibus orbis, 420
 aestivosque dies aequans nox frigida brumae.
 sic bellum natura gerit, discordat et annus,
 nec mirere in ea pugnancia sidera parte.
 at non Lanigeri signum Libraeque repugnat
 in totum, quia ver autumno tempore differt, 425
 fructibus hic implet maturis, floribus illud,
 sed ratione pari est aequatis nocte diebus,
 temporaque efficiunt simili concordia textu
 permixtosque dies mediis hiemem inter et aestum
 articulis uno servantis tempore utrumque. 430
 quo minus infesto decertent sidera bello,
 talis erit ratio diversis addita signis.

his animadversis rebus quae proxima cura?
 noscere tutelae adiectaque numina signis,
 et quae cuique deo rerum natura dicavit, 435
 cum divina dedit magnis virtutibus ora
 condidit et varias sacro sub nomine vires,

413 mascula **ML**¹ mascula **L**² miscua **L**³**G** suorum *Scal.* suorum est **O** 414 virgines **L**¹ 417 repugnant **M**¹ 419 huic **M**
 420 solibus *Bentl.* collibus **O** 421 aestivosque *Reg.* aestivo-
 que **O** aequans *Br.* aequant **O** fortasse 421 ante 420 ponend-
 us 422 annus *Scal.* annum **O** 423 nec **GC** ne **L** neu **M**
 mirere **ML**² miserere **L**¹**G** 426 fructibus **G** fluctibus **ML** hic **F**
 hoc **O** 427 parest **M** aequatis **F** aequalis **LG** xquatis **M**
 428 tempora quae **L** 430 servantis *Br.* servantia **O** 431 de-
 certent **L**²**G** decernent **L**¹**M** 432 damnavit *Bentl.* post *h. v.*:
 sub cuius dei tutela quaeque signa sint **M** (*in m. L*) signorum
 commercia et quae cuique deo attribuantur signa **G** 433 re-
 bus] debes *Garrod* (— quae proxima cura — *parenthesin in-*
tellegens) 435 quae cuique **F** quae quique **M** quaecumque **LG**
 437 ut **L**¹ numine **L**²

- pondus uti rebus persona imponere possit.
 Lanigerum Pallas, Taurum Cytherea tuetur,
 440 formosos Phoebus Geminos; Cyllenie, Cancrum.
 Iuppiter et cum matre deum regis ipse Leonem,
 spicifera est Virgo Cereris fabricataque Libra
 Vulcani, pugnax Mavorti Scorpios haeret:
 venantem Diana virum, sed partis equinae.
 445 atque angusta fovet Capricorni sidera Vesta,
 ex Iovis adverso Iunonis Aquarius astrum est,
 agnoscitque suos Neptunus in aequore Pisces.
 hinc quoque magna tibi venient momenta futuri.
 cum ratio tua per stellas et sidera curret,
 450 argumenta petes omni de parte viasque
 artis, ut ingenio divina potentia surgat,
 exaequentque fidem caelo mortalia corda.
 accipe divisas hominis per sidera partes
 singulaque in propriis parentia membra figuris,
 455 in quis praecipuas toto de corpore vires
 exercent. Aries caput est ante omnia princeps
 sortitus, censusque sui pulcherrima colla
 Taurus, et in Geminos aequali bracchia sorte
 scribuntur conexas umeris, pectusque locatum
 460 sub Cancro est, laterum regnum scapulaeque Leonis:
 Virginis in propriam descendunt ilia sortem;
 Libra regit clunes, et Scorpios inguine gaudet;
 Centauro femina accedunt, Capricornus utrisque

453sq. cf. Firm. II 24

466sq. Firm. VIII 3

438 *post h. v.*: signorum commercia **G** 441 Iuppiter et | tu-
 que pater *Bentl.* regis **MG** regit **L** 443 Mavorti *Reg.* Ma-
 vortis **O** 444 patris **M** 445 augusta **M** 446 ex *Ellis* et **O**
 et Iovis adversum *Bon.* 447 aethere *Bentl.* 448 futuri **MG**
 futura **L** 449 per *V^{en}* fert **L²G** fers **M** fer **L¹** curret **ML¹** cu-
 rat **L²G** 451 divina *Bon.* divisa **O** 452 exaequentque **L²G**
 exe **L¹** exequent **M** *post h. v.*: quae membra humana
 cuique signo attributa sint (attribuantur **G**) **MG** 454 propriis
L²G proprias **L¹M** 455 praecipua **M** 457 sortitus *Scal.* sor-
 titur **O** sensusque **M** colla **F** collo **O** 458 geminis *Bentl.*
 geminis **O** 462 regit **L²G** regit **L¹M**

imperitat genibus, crurum fundentis Aquari
arbitrium est, Piscesque pedum sibi iura repossunt. 465

quin etiam propriis inter se legibus astra
conveniunt, ut certa gerant commercia rerum :
inque vicem praestant visus atque auribus haerent,
aut odium foedusve gerunt, conversaque quaedam
in semet proprio ducuntur plena favore. 470

idcirco adversis non numquam gratia signis,
et bellum sociata gerunt, alienaque sede
inter se generant coniunctos omne per aevum,
at triquetris orti pugnant fugiuntque vicissim :
quod deus, in leges mundum cum conderet omnem, 475
affectus quoque divisit variantibus astris

atque aliorum oculos, aliorum contulit aures,
iunxit amicitias horum sub foedere certo,
cernere ut inter se possent audireque quaedam,
diligent alia et noxas bellumque moverent, 480

his etiam propriae foret indulgentia sortis,
ut se diligenter semper sibi ipsa placerent :
sic ut naturas hominum plerasque videmus,
qui genus ex signis ducunt formantibus ortus.
consilium ipse suum est Aries, ut principe dignum est ; 485
audit se Libramque videt, frustratur amando

Taurum, Lanigero qui fraudem nequit et ultra
fulgentis videt atque audit per sidera Pisces :
Virgine mens capitur, sic quondam vexerat ante
Europam dorso retinentem cornua laeva 490
indutusque Iovi <est.> Geminorum ducitur auris
ad Iuvenem aeternas fundentem Piscibus undas,
inque ipsos animus Pisces oculique Leonem.

464 imperitat *Bentl.* imperat et O 465 post h. v.: signorum
commercium auditus visus mores odia M (in m. L) signorum com-
mercium G 471 numquam G umquam LM 473 se ML¹ sese L²G
generant G gerant ML 474 at triquetris orti *Garrod* utri-
que trisorti ML¹ (tri in ras. L) utrique sorti L²G 476 astra L¹
479 possent G possint ML 486 se *Scal.* si O 487 nequit
om. G supplevit in m. man. rec. 491 <est> *Bentl.* 498 ani-
mus *Scal.* animum O

- Cancer et adverso Capricornus conditus astro
 495 in semet vertunt oculos, in mutua tendunt
 auribus, et Canceri captatur Aquarius astro.
 at Leo cum Geminis aciem coniungit et aurem
 Centauro gemino, Capricorni diligit astrum.
 Erigone Taurum spectat, sed Scorpion audit,
 500 atque Sagittifero conatur nectere fraudem.
 Libra suos sequitur sensus solumque videndo
 Lanigerum atque animo complexa est Scorpion infra.
 ille videt Pisces oditque per omnia Libram.
 nec non Arcitenens magno parere Leoni
 505 auribus atque oculis sinum fundentis Aquari
 conspiciere adsuevit solamque ex omnibus astris
 diligit Erigonen. contra Capricornus in ipsum
 convertit visus — quid enim mirabitur ille
 maius, in Augusti felix cum fulserit ortum? —
 510 auribus et summi captat fastigia Canceri.
 at nudus Geminis intendit Aquarius aurem
 sublimemque colit Cancerum spectatque reducta
 tela Sagittiferi. Pisces ad Scorpion aciem
 direxere aciem cupiuntque attendere Taurum.
 515 has natura vices tribuit, cum sidera fixit.
 his orti similes referunt per mutua sensus.
 audire ut cupiant alios aliosque videre,
 horum odio, nunc horum idem ducantur amore,
 illis insidias tendant, captentur ab illis.
 520 quin adversa meant et tota trigona trigonis

494 conditus *Seal.* conditur L²G conditor L¹ condito rastro M
 495 in semet vertunt G in semet vertitur ML¹ vertitur in se-
 met L² oculos *Bentl.* oculis ML oculusque G¹ oculosque G²
 in mutua G in muta M immutataque L 496 Canceri M Can-
 cer LG 498 Centauro gemino *Bentl.* Centaurus geminos L²G
 Centaurus geminos et L¹M 502 infra *om.* G addidit in *m.*
man. rec. 503 oditque *Bentl.* auditque O 509 angusti L
 511 adundus M aurem L²G aurum L¹M 513 arrem M 516 sensus
 V₂F census O 517 alios L²G alius L¹M 518 ducantur G
 ducuntur ML 519 captantur L² 520 et tota *Bentl.* etiam
 L¹MG etiamque L²

alteraque in bellum diverso limite ducit
 linea; sic veri per totum consonat ordo.
 namque Aries, Leo et Arcitenens, sociata trigono
 signa, negant Chelis foedus totique trigono, 525
 quod Gemini excipiunt fundens et Aquarius undas;
 idque duplex ratio cogit verum esse fateri,
 quod tria signa tribus signis contraria fulgent,
 quodque aeterna manent hominum bella atque ferarum;
 humana est facies Librae, diversa Leonis;
 idcirco et cedunt pecudes, quod viribus amplis 530
 consilium est maius; victus Leo fulget in astris,
 aurea Lanigero concessit sidera pellis;
 ipse ferae partis Centaurus tergo cedit;
 usque adeo est homini victus. quo mirer ab illis
 nascentis Librae superari posse trigono. 535
 quin etiam brevior ratio est per signa sequenda.
 nam quaecumque nitent humana condita forma
 astra, manent illis inimica et victa ferarum.
 sed tamen in proprias secedunt singula mentes
 et privata gerunt secretis hostibus arma. 540
 Lanigero genitis bellum est cum Virgine natis
 et Libra et Geminis et si quos protulit Urna.
 in partus Tauri sub Cancro nata feruntur
 pectora et in Chelis et quae dat Scorpius acer,
 et Pisces. at quos Geminorum sidera formant, 545
 his cum Lanigero bellum est eiusque trigono.
 in Cancro genitos Capricorni semina laedunt

523 trigono L²M trigona L¹G 524 trigono L²G trigona L¹
versus deest in MC 528 quodque G quoque ML 533 ferae
Bentl. suae O tergo cedit L² ergo recedit L¹GM 534 ho-
 mini *Jacob* hominis O quo G quod ML quid *Postg.* 535 na-
 scentis LG nascenti M superare L¹ trigono ML¹ trigonum L²G
 536 *expunxit Garrod* 541 genitis L² genitis L¹MG 542 et
 Geminis et si quos *Bentl.* gemini pisces quos LG protulit *Scal.*
 pertulit LG urna *Bentl.* unda LG gemini pisces unda
om. M 543 partus *Gron.* partes O nato M 545 at quos
Scal. atque hos O 547 genitus Capricornis L¹ semina MG
 femina L

et Librae partus et quos dat Virginis astrum
 quique sub aversi numerantur sidere Tauri.
 550 Lanigeri communis erit rabidique Leonis
 hostis et a totidem bellum subscribitur astris.
 Erigone Cancrumque timet geminumque sub arcu
 Centaurum et Pisces et te, Capricorne, rigentem.
 maxima turba petit Libram: Capricornus et illi
 555 adversus Cancer, Chelis quod utrumque quadratum est,
 quaeque in Lanigeri numerantur signa trigonum.
 Scorpios in totidem fecundus creditur hostis,
 aequoreum Iuvenem, Geminos, Taurum atque Leonem.
 Erigonen, Libramque fugit metuendus et ipse.
 560 quique Sagittari veniunt de sidere partus,
 hos Geminis nati Libraque et Virgine et Urna
 depressisse volunt natura et lege iubente.
 haec eadem, Capricorne, tuis inimica feruntur.
 at quos aeternis perfundit Aquarius undis,
 565 ad pugnam Nemeaeus agit totumque trigonum,
 turba sub unius Iuvenis virtute ferarum.
 Piscibus exortos vicinus Aquarius urguet
 et Gemini fratres et quos dat Virginis astrum,
 quique Sagittari descendunt sidere nati.
 570 nec sola est ratio, quae dat nascentibus arma
 inque odium generat partus et mutua bella,
 sed plerumque manent inimica tertia quaeque
 lege, in transversum vultu defixa maligno,
 quippe manent quaecumque loco contraria signa

549 aversi **F** aversi **O** 550 rabidique **F** rapidique **O**
 551 et a *Gron.* sed **O** 552 Erigone] et rigone **M** Cancrum-
 que *Bentl.* Taurumque **O** 554 et *om.* **L**¹ que **L**² 556 quae-
 que *Reg.* quique **O** 559 Erigonē **L** Erigone **G** et rigone **M**
 560 Sagittari *Seal.* Sagittarii **L**¹**MG** Sagittiferi **L**² *Reg. Bon.*
 561 Libraque **L**²**G** Libramque **L**¹**M** 562 iubentem **L**¹ 565 ad
LG in **M** Nemeaeus *Bentl.* Nemeus **O** 567 Piscibus *Seal.* pi-
 sces **O** exortos **V**^{en} exortus **O** 569 Sagittarii **L**¹**MG** sagitti-
 ferī **L**² sidere **L**²**G** sidera **L**¹**M** nati] muti **L**¹ 571 generat
Reg. generet **O** bella *Housm.* velle **O** 574 quippe *Housm.*
 quoque **O** quaecumque **V**₂ quicumque **O**

adversosque gerunt inter se septima visus,	575
tertia quaeque illis utriusque trigona feruntur:	
ne sit mirandum, si foedus non datur astris,	
quae sunt adversi signis cognata trigoni.	
per tot signorum species contraria surgunt	
corpora totque modis totiens inimica creantur.	580
idcirco nihil ex semet natura creavit	
pectore amicitiae maius nec rarius umquam.	
unus erat Pylades, unus qui mallet Orestes	
ipse mori; lis una fuit per saecula mortis,	
alter quod raperet fatum, non cederet alter.	585
et duo, qui potuere sequi. vix noxia poenis,	
optavitque reum sponsor non posse reverti,	
sponsoremque reus timuit, ne solveret ipsum.	
perque tot aetates hominum, tot tempora et annos,	
tot bella et varios etiam sub pace labores,	590
cum fortuna fidem quaerat, vix invenit usquam.	
at quanta est scelerum moles per saecula cuncta,	
quamque onus invidiae non excusabile terris!	
<quid loquar infectos fraterno sanguine fratres,>	
venales ad fata patres matrumque sepulcra	
<quid loquar ut subitam sceleratis gentibus olim>	
imposuit Phoebus noctem terrasque reliquit.	595
quid loquar eversas urbes et prodita templa	
et varias pacis clades et mixta venena	
insidiasque fori, caedes in moenibus ipsis	
et sub amicitiae grassantem nomine turbam?	
in populo scelus est et abundant cuncta furoris.	600

577 ne sit *Reg.* nec sit **M** nescit **LG** foedus *Scal.* Phoebus **O**
578 adversi **L¹M** adversis **L²G** trigoni *Reg.* trigona **O** 580 to-
tiens *Bentl.* quotiens **O** 583 erat **F** erit **O** 584 lis **G²** levis
G¹LM 585 quod] quom *Postg. hunc v. et* 586 *seclusit Garrod*
587 sponsor *Reg.* sponso **O** 588 reus *Reg.* reum **O** timuitve **M**
592 at] ac **M** quanta est] quantae **G** moles *Scal.* mores **ML**
mortes **G** 593 quaque **M** 593^a et 594^a *inseruit Garrod*
595 reliquit **G** relinquit **ML** 596 quod **L¹** 598 caedes **O**
caedesque **FV₂** 599 grassantem **G** crassantem **ML** 600 po-
pulo **L** populos **MG**

et fas atque nefas mixtum legesque per ipsas
 saevit nequities; poenas iam noxia vincit.
 scilicet in multis quoniam discordia signis
 corpora nascuntur, pax est sublata per orbem

605 et fidei rarum foedus paucisque tributum;
 utque sibi caelum, sic tellus dissidet ipsa
 atque hominum gentes inimica sorte feruntur.

si tamen et cognata cupis dignoscere signa,
 quae iungant animos et amica sorte ferantur,

610 Lanigeri partus cum toto iunge trigono.

simplicior tamen est Aries meliusque Leone
 prosequitur genitos et te, Centaure, creatos,
 quam colitur. namque est natura mitius astrum
 expositumque suae noxae, nec fraudibus ullis

615 nec minus ingenio molli quam corpore constans.

illis est feritas signis praedaeque cupido,
 venalisque animus non numquam excedere cogit
 commoditate fidem, nec longa est gratia facti,
 atque in Lanigerum partus sub utroque trigono

620 non pacem sed rara gerit pro tempore bella,
 quod feritas utriusque magis <quam iniuria> cogit.

plus tamen in duplici numerandum est roboris esse,
 cui commixtus homo est, quam te, Nemeaeae, sub uno;
 idcirco et pax est signis et mixta querela.

625 quin etiam Tauri Capricorno iungitur astrum,
 nec magis illorum coeunt ad foedera mentes.

Virgineos etiam partus, quicumque creantur
 Tauro, complecti cupiunt, sed saepe queruntur.

quosque dabunt Chelae Geminique et Aquarius ortus

602 nequities L²G nequicies M nequitias L¹ vincat L¹

604 pax Reg. pars O est Scal. et O 605 paucisque Benth.
 pacisque O 607 forte M 608 dignoscere V^{en} dinoscere O

609 feruntur G¹ 610 Lanigerum ML¹ 611 est tamen est M

615 constans Benth. constant O 619 atque in Ellis at quin G
 at cum ML Lanigerum Postg. Lanigeri O 620 pacem Postg.
 parcet L¹M parcit L²G 621 feritas] veritas M quam iniuria
 Garrod pro tempore O (cf. v. 620: pro tempore bella) 629 Ge-
 minique et Jacob et quos dat O

unum pectus habent fideique immobile vinculum, 630
[magnus erit Geminis amor et concordia duplex]
magnus et in multos veniet successus amicos.

Scorpius et Cancer fraterna in nomina ducunt
ex semet genitos; nec non et Piscibus orti 635
concordant illis. saepe est et subdolos actus.

Scorpius aspergit noxas sub nomine amici;
at quibus in lucem Pisces venientibus adsunt,
his non una manet semper sententia cordi;
commutant animos interdum et foedera rumpunt 640
ac repetunt, tectaeque lues sub fronte vagantur.
sic erit ex signis odium tibi paxque notanda;
in terris geniti tali sub lege creantur.

nec satis hoc tantum, solis insistere signis;
[contemplare locum caeli sedemque vagarum]; 645
parte genus variant, et vires linea mutat.

nam sua quadratis veniunt, sua iura trigonis,
et quae per senos decurrit virgula tractus,
quaeque secat medium transverso limite caelum.
hinc modo dat mundus vires, modo deterit idem, 650
quaeque illic sumunt iras, huc acta reponunt.

[distat enim surgatne eadem subeatne cadatne]
crebrius adversis odium est. cognata quadratis
corpora censentur signis et amica trigonis.

nec ratio obscura est; nam quartum quodque locavit
eiusdem generis signum natura per orbem. 655

quattuor aequali caelum discrimine signant,
in quibus articulos anni deus ipse creavit:
ver Aries, Cererem Cancer, Bacchumque ministrans
Libra, Caper brumam genitusque ad frigora piscis.
nec non et duplici quae sunt conexas figura. 660

648 Lucan. II 412: 'transverso limite ducens'

631 *deest in O effinxit Bon expunxit Bentl.* 633 fraterna
in] n̄ fraterna in M 635 saepe est et G saepe et ML <sed>
saepe et Garrod 641 ex Reg. e MG et L 644 *expunxit Bentl.*
648 secat L²G secant L¹M 649 deterit O detrahit V₂ 651 *ex-*
punxit Bentl. 654 quodque G quoque ML

quartum quemque locum retinent. duo cernere Pisces,
et Geminos iuvenes duplicemque in Virgine formam
et duo Centauri licet uno corpora textu.

sic et simplicibus signis stat forma quadrata.

665 nam neque Taurus habet comitem, nec iungitur ulli
horrendus Leo, nec metuit sine compare quemquam
Scorpius, atque uno censetur Aquarius astro.

sic quaecumque manent quadrato condita templo
signa, parem referunt numeris aut tempore sortem

670 ac veluti cognata manent sub foedere tali.

idecirco affines signant gradibusque propinquis
accedunt unaque tenent sub imagine natos.

[quotquot cardinibus proprie variante moventur.]

quae quamquam in partes divisi quattuor orbis

675 sidera quadrata efficiunt, non lege quadrati
censentur. minor est numeri, quam cardinis usus.

longior in spatium porrecta est linea maius,
quae tribus emensis signis facit astra trigona.

haec ad amicitias imitantes iura gradumque

680 sanguinis atque animis haerentia pectora ducunt.

utque ipsa ex longo coeunt summota recessu,

sic nos coniungunt maioribus intervallis.

haec meliora putant, mentes quae iungere possunt,

quam quae non numquam foedus sub sanguine fallunt.

685 proxima vicinis subscribunt, tertia quaeque
hospitibus. sic astrorum servabitur ordo.

adde suas partes signis, sua partibus astra.

nam nihil in totum servit sibi, mixta feruntur.

681 Lucan. III 477: 'ex longo . . . recessu'

663 uno corpora *Bentl.* uno corpore **ML** uno in corpore **G**
textu *Bentl.* textum **MLG**² mixtum **G**¹ 665 iungitur **G** pingi-
tur **L** ne ciugitur **M** 666 compare *Dorvillius* corpore **O**
667 censetur **L**²**M** censentur **L**¹**G** 671 gradibusque *Scal.* gravi-
busque **ML** gravibus **G** 672 *post h. v. sequuntur in O* 677—
686, 673—676, 687 *sqq.*, ordinem restituit *Jacob* 673 *seclisit*
Br. quotquot **L**²**G** quod quod **L**¹**M** propriae **L** 674 divisi
Scal. divisit **O** 678 mensis **M** 679 mutantes **M** 681 at-
que **M**; ex] a **V**₂

ipsis dant fines astris capiuntque vicissim.
 quae mihi mox certo digesta sub ordine surgent. 690
 omnibus ex istis ratio est repetenda per artem,
 pacata infestis signa ut perdiscere possis.

perspice nunc tenuem visu rem, pondere magnam
 et tantum Graio signari nomine passam, 695
 dodecatemoria in titulo signantia causas.
 nam cum tricenas per partis sidera constant,
 rursus bis senis numerus diducitur omnis.

ipsa igitur ratio binas in partibus esse
 dimidiasque docet partes. his finibus esse
 dodecatemorium constat, bis senaque cuncta 700
 omnibus in signis, quae mundi conditor ille
 attribuit totidem numero fulgentibus astris,
 ut sociata forent alterna sidera sorte,

et similis sibi mundus et omnia in omnibus astra,
 quorum mixturis regeret concordia corpus, 705
 et tutela foret communi mutua causa.

idcirco quamquam signis nascantur eisdem,
 diversos referunt mores inimicaque vota;
 et saepe in pecudes errat natura, maremque
 femina subsequitur; miscentur sidere partus, 710
 singula divisis variant quod partibus astra
 dodecatemoriis proprias mutantia vires.
 nunc quot sint cuiusque canam, quove ordine constant,

695 cf. Firm. II 13, 1—2

689 ipsis] ex ipsis M i' / ipsis L 690 mox certo om. M spatio
 relicto novem litterarum 692 pacata G pacatam ML infestis G
 infectis L inferens M perdiscere] dignoscere Pingreus possis
 LG possis M post h. v.: de duodecat ne moriis (duodecate-
 moriis L) quae sint et quas vires habent M (in m. L) 694 sig-
 nare L¹ passam G passum L¹M passim L² 695 duodecate-
 moria O titulo Scal. titulos O 699 om. G 700 duodecate-
 morium O constat Bon. constant O 702 numero Reg.
 numeros M numeris LG 703 ut] et G 709 errat L²G errant
 L¹M natura LGM² matura M¹ 710 sidere F sidera O
 712 duodecat(h)emoriis O 713 quot Garrod quod M quid LG
 sint V₁ sit O constant C constant L constet MG

ne vagus ignotis signorum partibus erres.
 715 ipsa suo retinent primas in corpore partes
 sidera; vicinae subeuntibus attribuuntur.
 cetera pro numero ducunt ex ordine partes,
 ultima et extremis ratio conceditur astris.
 singula sic retinent binas in sidere quoque
 720 dimidiasque sui partes et summa repletur
 sortibus exactis triginta sidere in omni.

nec genus est unum, ratio nec prodita simplex,
 pluribus inque modis rerum natura locavit
 diduxitque vias voluitque per omnia quaeri.
 725 haec quoque comperta est ratio sub nomine eodem:
 quacumque in parti nascentum tempore luna
 constiterit, numeris hanc ter dispone quaternis,
 sublimi totidem quia fulgent sidera mundo.
 inde suas illi signo, quo luna refulsit,
 730 quaeve hinc defuerint, partes numerare memento.
 proxima tricenas pariterque sequentia ducunt.
 hic ubi deficiet numerus, tunc summa relicta
 in binas sortes adiecta parte locetur
 dimidia, reliquis tribuatur ut ordine signis;
 735 in quo destituent, eius tum luna tenebit
 dodecatemorium signi. post cetera ducet

727 cf. Firm. II 13, 3

714 ne L² nec L¹MG 715 suo L² sua L¹MG 716 vicinae
Bentl. vicinis O 719 sidere *Bentl.* sidera O 723 inque L²G
 in L¹M 724 diduxitque *Scal.* deduxitque O 726 quacum-
 que *Reg.* quocumque O parti *Scal.* partu O tempore *Reg.* tem-
 pora O 728 quia ML² quae L¹G fulgent *om.* M 730 quaeve
 hinc defuerint *Dixon* quae et hinc defuerant L²G qua et hunc
 defuerant L¹M 731 pariterque L¹M pariter L²G sequentia *Reg.*
 sententia O ducunt ML ducit G 732 ubi L³ ibi L¹G tibi L²M
 732—734 *seclusit Bentl.* 734 dimidia M dimidiam LG tri-
 buatur F tribuantur O ut] ut in L 735 quo *Bentl.* qua O
 destituent eius tum *Bentl.* destituent te (destituente M) iustum O
 736 duodecatemorium M duo decathemoriis L duodecathe-
 moriis G

ordine quaeque suo, sicut stant astra locata.
 haec quoque te ratio ne fallat, perspice paucis,
 (maior in effectu, minor est in partibus ipsis)
 dodecatemorii quid sit quod dicitur esse 740
 dodecatemorium. namque id per quinque notatur
 partis; nam totidem praefulgent sidera caelo,
 quae vaga dicuntur, ducunt et singula sortes
 dimidias viresque in eis et iura capessunt.
 in quocumque igitur stellae quandoque locatae 745
 dodecatemorio fuerint, spectare decebit;
 cuius enim stella in fines in sidere quoque
 inciderit, dabit effectus in viribus eius.
 undique miscenda est ratio, per quam omnia constant.
 verum haec posterius proprio cuncta ordine reddam; 750
 nunc satis est docuisse suos ignota per usus,
 ut, cum perceptis steterit fiducia membris,
 sic totum corpus facili ratione notetur,
 et bene de summa veniat post singula carmen.
 ut rudibus pueris monstratur littera primum 755
 per faciem nomenque suum, tum ponitur usus;
 tunc coniuncta suis formatur syllaba nodis;
 hinc verbis structura venit per membra ligandis;
 tunc rerum vires atque artis traditur usus,
 perque pedes proprios nascentia carmina surgunt; 760
 singulaque in summa prodest didicisse priora;

737 quaeque *Scal.* quoque **O** suo **M om.** **LG** sicut **ML** ve-
 lut **G** stant **LG** sunt **M post h. v.:** de duodecatemoriis **M** (*in*
m. L) 738 fallit perspicere **M** 739 in partibus *ego* quod
 partibus **O** *versum post 822 transposuit Garrod* 740 duodeca-
 themorii **ML** duodecatemoriis **G** quid sit **L²** quod sit **L¹MG**
 741 duodecatemorium **O** 744 vires *om.* **L¹G** que (*prius*) **F**
 qui **O** in eis **L²G** in meis **L¹** *mueis* **M** iura *Reg.* cura **O**
 746 duodecima temorio **M** duodecatemorio **G** duodeca-temo-
 rio **L** fuerint **G** fuerint **ML** 747 stella in fines in *Bentl.* stel-
 lae in fine sint **O** 748 inciderit *Bentl.* inciderint **O** 750 pro-
 prior **M** cuncta *om.* **ML¹** 756 per faciem **ML** et faciem **G**
 tum ponitur *Scal.* componitur **O** 758 hinc **L²** hic **L¹MG** verbi
Bentl. membra *Scal.* verba **O** ligandis *Garrod* legendi **O** le-
 genti *Iunius* 760 per quod **M**

quae nisi constiterint primis fundata elementis,
 764 effluat in vanum rerum praeposterus ordo,
 763 versaque, quae propere dederint praecepta magistri:
 765 sic mihi per totum volitanti carmine mundum
 erutaque abstrusa penitus caligine fata
 Pieridum numeris etiam modulata canenti,
 quoque deus regnat revocanti numen in arte,
 per partes ducenda fides, et singula rerum
 770 sunt gradibus tradenda suis, ut cum omnia certa
 notitia steterint, proprios revocentur ad usus.
 ac velut in nudis cum surgunt montibus urbes,
 conditor et vacuos muris circumdare colles
 destinat, ante manus quam temptet scindere fossas.
 775 versat opus: ruit ecce nemus, saltusque vetusti
 procumbunt solemque novum, nova sidera cernunt:
 pellitur omne loco volucrum genus atque ferarum,
 antiquasque domos et nota cubilia linquunt:
 ast alii silicem in muros et marmora templis
 780 rimantur, ferrique rigor per tempora nota
 quaeritur, hinc artes, hinc omnis convenit usus:
 tunc demum consurgit opus, cum cuncta supersunt.
 ne medios rumpat cursus praepostera cura:
 sic mihi cunctanti tantae succedere moli
 785 materies primum rerum ratione remota
 tradenda est, ratio sit ne post irrita, neve
 argumenta novis stupeant nascentia rebus.
 ergo age, noscendis animum compone sagacem

788 sqq. cf. Firm. II 15

763—764 *inter se transposuit Br.* 764 effluat L³ et fluat L¹G
 ut fluat M 765 mundi L 767 canenti Reg. canendi O
 768 artem *Immisc* 770 ut *Scal.* et O 771 nuncia stite-
 rint M revocentur Reg. revocantur O 772 nudis] undis M
 cum surgunt *Scal.* consurgunt O urbes Reg. orbes O 773 con-
 ditor Reg. conditur O 775 versat *Bentl.* vertit O 778 lin-
 quit G¹ 779 templis *Scal.* templi O 781 hinc artes ML huic
 artes G omnis *om.* M 787 *post h. v.:* de cardinibus mundi
 MG (*in m. L*)

cardinibus, qui per mundum sunt quattuor omnes
 dispositi semper mutantque volantia signa. 790
 unus ab exortu caeli nascentis in orbem,
 qua primum terras aequali limite cernit;
 alter ab adversa respondens aetheris ora,
 unde fugit mundus praicepsque in tartara tendit.
 tertius excelsi signat fastigia caeli, 795
 qua defessus equis Phoebus subsistit anhelis
 declinatque diem mediasque examinat umbras.
 ima tenet quartus fundato nobilis orbe,
 in quo principium est reditus finisque cadendi
 sideribus, pariterque occasus cernit et ortus. 800
 haec loca praecipuas vires summosque per artem
 fatorum effectus referunt, quod totus in illis
 nititur aetheriis veluti compagibus orbis.
 quem nisi perpetuis alterna sorte volantem
 cursibus excipiant nectantque in vineula bina 805
 per latera atque imum templi summumque cacumen,
 dissociata fluat resoluta machina mundo.

sed diversa tamen vis est in cardine quoque,
 et pro sorte loci variant utque ordine distant.
 primus erit, summi qui regnat culmine caeli 810
 et medium tenui partitur limite mundum,
 quem capit excelsa sublimem gloria sede.
 scilicet haec tutela decet fastigia summa,
 quicquid ut emineat sibi vindicet et decus omne
 asserat et varios tribuendo regnet honores; 815
 hinc favor et species atque omnis gratia vulgi:

807 Lucan. I 79: 'totaque discors/machina divolsi turbabit
 foedera mundi' 810sq. cf. Firm. II 19, 2sq.

792 qua ML qui G 794 princepsque M 795 fastigia M^{on}
 vestigia O 796 qua Br. quo O anhelis M^{on} habenis O
 799 cadendi L² canendi L¹G cavendi M 804 quem Garrod
 quae O alterna] an aeterna? ego 806 unum M 809 utque
 Garrod atque O 814 quicquod L¹ decus Dulcinius ds O
 omne V₁ omni O 815 regnet Scal. reget O regnat Reg. Bon.
 816 omnis Scal. omni O

reddere iura foro, componere legibus orbem
foederibusque suis externas iungere gentes
et pro sorte sua cuiusque extollere nomen.

- 820 proximus, extrema quamquam statione locatus,
sustinet aeternis nixum radicibus orbem.
effectu minor in specie, sed maior in usu,
fundamenta tenet rerum censusque gubernat:
quam rata sint fossis scrutatur vota metallis
825 atque ex occulto quantum contingere possis.
tertius aequali pollens in parte, nitentem
qui tenet exortum, qua primum sidera surgunt,
unde dies redit et tempus describit in horas, —
hinc inter Graias horoscopus editur urbes,
830 nec capit externum, proprio quia nomine gaudet, —
hic tenet arbitrium vitae, hic regula morum est,
fortunamque dabit rebus ducetque per artes,
qualiaque excipiant nascentis tempora prima,
quos capiant cultus, quali sint sede creati,
835 utcumque admixtis subscribent viribus astra.
ultimus emenso qui condit sidera mundo
occasumque tenens submersum despicit orbem,
pertinet ad rerum summas finemque laborum,
coniugia atque epulas extremaque tempora vitae
840 otiaque et coetus hominum cultusque deorum.

824 Firm. II 19, 5: 'quicquid ad latentes et repositas patri-
monii pertinet facultates' 839 cf. Firm. II 19, 8: 'ex hoc
loco qualitatem et quantitatem quaeramus nuptiarum'

820 extrema *Garrod* est ima O 821 aeternis *Bentl.* alter-
nis LG alterius M nixum M^{on} mixtum ML²G muxtum L¹
822 specie *Scal.* species O 824 rata ML² rara L¹G scrutatur
Reg. scrutantur O 826 aequali *Bentl.* atque illi O pollens
Scal. tollens O 828 unde *Scal.* una O redit *Reg.* dedit O
describit *Bech.* describet O horas] aras G 830 nec] haec G¹
externum M extremum LG quia ML² qua L¹G nomine M^{on}
numine ML²G minime L¹ 831 hic tenet *Scal.* hunc tenet O
839 coniugia atque *Bentl.* coniugiatque atque M coniugeatque L¹
coniungitque L²G 840 ovaque M *post h. v.:* divisio aetatis in
partes caeli MG (*in m. L*)

nec contentus eris percepto cardine quoquam;
 intervalla etiam memori sunt mente notanda
 per maius dimensa suas reddentia vires.
 quicquid ab exortu summum curvatur in orbem,
 aetatis primae nascentisque asserit annos. 845
 quod summo premitur devexum culmine mundi,
 donec ad occasum veniat, puerilibus annis
 succedit teneramque regit sub sede iuventam.
 quae pars occasus infra est imumque sub orbem
 descendit, regit haec maturae tempora vitae 850
 et propria serie varioque exercita cursu.
 at qua perficitur cursus redeuntis ab imo,
 tarda supinatum lassatis viribus arcum
 ascendens seros demum complectitur annos,
 labentemque diem vitae tremulamque senectam. 855
 omne quidem signum sub qualicumque figura
 partibus inficitur mundi; locus imperat astris
 et dotes noxamque facit; vertuntur in orbem
 singula et accipiunt vires caeloque remittunt.
 vincit enim natura genus legesque ministrat 860
 finibus in propriis et praetereuntia cogit
 esse sui moris, vario nunc dives honore,
 nunc sterilis, poenam referentia sidera sedis.
 quae super exortum est a summo tertia caelo,
 infelix regio rebusque inimica futuris 865
 et vitio fecunda nimis; nec sola, sed illi
 par erit, adverso quae fulget sidere sedes
 iuncta sub occasu; vel praestite cardine mundi

841 quoda M 844 quic quod L¹ 845 aetatis G 847 oc-
 casum V₁ occasus O 849 quae Reg. qua O infra <est> imum-
 que Benth. interimumque L interminumque M interimum quam G
 850 regit haec maturae C maturae (mature) regit ML¹G regit
 mature (ss. hoc) L² 851 et propria serie] at p. s. G set pro-
 pera serie Ellis 852 redeuntis ab Ellis redeunte sub ML¹G
 redeunti sub L² 859 cardoque M 860 natura] positura
 Jacob 863 poenam referentia Benth. poenamque ferentia O
 seclis G 868 vel Garrod neu O praestite Jacob prestat L
 prestat M praestat G

utraque praetenta fertur deiecta ruina :
 870 ora laboris erit : scandendum est atque cadendum.
 nec melior super occasus contraque sub ortu
 sors agitur mundi. praeceps haec, illa superne
 pendens aut metuit vicino cardine finem,
 aut fraudata cadet. merito Typhonis habentur
 875 horrendae sedes, quem tellus saeva profudit,
 cum bellum caelo peperit, nec matre minores
 exstiterunt partus. sed fulmine rursus in altum
 compulsi, montesque super rediere cadentes,
 cessit et in tumulum belli vitaeque Typhoeus.
 880 ipsa tremit mater flagrantis monte sub Aetna.
 at quae fulgentis sequitur fastigia caeli
 proxima, non ipsi cedat, cui iungitur, astro :
 spe melior palmamque petens victrixque priorum
 altius insurgit, summae comes addita finis ;
 885 in peiusque manent cursus, nec vota supersunt.
 quocirca minime mirum, si proxima summo
 atque eadem inferior veneranda sorte dicatur,
 cui titulus felix. censum sic proxima Graiae
 nostra subit linguae vertitque a nomine nomen.
 890 Iuppiter hac habitat. fortunae crede regenti.
 huic in perversum similis deiecta sub orbe
 imaque submersi contingens fulmina mundi,

870 Firm. II 19, 3: 'inferna appellatur porta' (locus secundus) 887 cf. Firm. II 16, 1: 'Dea Deus Bona Fortuna ac Bonus daemon' 890 cf. Firm. II 19, 12: 'est autem locus Iovis'

870 ora L²G orta L¹M porta Scal. 872 superne Scal. superna LG supina M 877 exstiterunt Scal. ex(s)titerint O
 rursus M 879 et om. G 880 flagrantis L²G fraglantis L¹M
 sub Aetna ML² om. L¹G 881 at quae fulgentis . . . caeli
 Bentl. atque refulgentis (refulgenti L²) . . . caelo O 882 non M
 nec LG vix Bentl. cui iungitur Huet qui fungitur O 883 pri-
 orum M piorum LG 887 inferior Bon. interior O dicatur]
 locatur Garrod 888 cui Scal. quod O sic Bentl. si O
 889 vertitque Scal. virtutisque O 890 hac Reg. hoc O crede
 regenti Scal. credere genti O 892 contingens Scal. contingent O
 fulmina O cingens fulcimina Garrod, sed cf. Nelson, Eran. XII 200

adversa quae parte nitet, defessa peracta
 militia rursusque novo devota labori
 cardinis et subitura iugum sortemque potentem; 895
 nondum sentit onus mundi, iam sperat honorem.
 daemonien memorant Grai, Romana per ora
 quaeritur in versum titulus. sub corde sagaci
 conde locum numenque dei nomenque potentis, 900
 quae tibi posterius magnos revocantur ad usus.
 hic momenta manent nostrae plerumque salutis
 bellaque morborum caecis pugnancia telis,
 viribus ambiguum geminis casusne deine,
 nunc huc nunc illuc sortem mutantis utramque.
 sed medium post articulum curvataque primum 905
 culmina nutantis summo de vertice mundi
 aethera Phoebus habet. sub quo quia corpora nostra
 declinant vitia et fortunam ex viribus eius
 concipiunt, deus ille locus sub nomine Graio
 dicitur. huic adversa nitens, quae prima resurgit 910
 sedibus ex imis iterumque reducit Olympum,
 pars mundi furvumque nitet noctesque gubernat
 et dominam agnoscit Phoeben fraterna videntem
 regna per adversas caeli fulgentia partes

907 Firm. II 19, 10: 'est autem dei Solis locus' 910 Firm.
 II 19, 4: 'huic loco Dea nomen est'

893 adversa quae G diversa qua M adversaq. L peracta ML
 subacta G¹ superacta G² adversaque nitet defessa parte per-
 acta L² 896 onus Scal, opus O 898 in versum ego in versu O
 inversus Housm. 899 condelo cumnumenque ML dei nomen-
 que] demovemque M 900 magnus M 902 post h. v.: per
 tanta pericula mortis M spatium unius lineae vacuum relictum
 in L nihil in G 903 geminum G casusne deine Br. causas-
 que deique ML¹G causaque deique L² 904 utramque G utra-
 que ML 905 articulum Bentr. astra diem O castra diem Scal.
 906 nutantis] nictantis M mutantis V₂ 907 habet Reg. aut O
 amat Scal. quo quia Ellis quoque O 908 declinant Jacob
 decernunt O detergent Garrod 909 concipiunt Reg. concu-
 piunt MGL² concupivit L¹ 910 huic Reg. huc O 911 iterum-
 que L² iterum L¹G verum M 912 furvumque Bentr. fulvum-
 que O noctesque Scal. mortisque O

915 fataque damnosis imitantem finibus orbis.
 huic parti Dea nomen erit Romana per ora;
 Graecia voce sua titulum designat eundem.
 arce sed in caeli, qua summa acclivia finem
 920 culminaque insurgunt occasus inter et ortus
 suspenduntque suo libratum examine mundum,
 asserit hanc Cytherea sibi per sidera sedem
 et veluti faciem mundi sua collocat ora,
 per quae humana regit. propria est haec reddita parti
 925 vis: et conubia et thalamos taedasque gubernat.
 haec tutela docet Venerem sua tela movere.
 nomen erit Fortuna loco. quo percipe mentem,
 ut brevia in longo compendia carmine praestem.
 at qua subsidit converso cardine mundus
 930 fundamenta tenens, adversum et suspicit orbem,
 ac media sub nocte iacet, Saturnus in illa
 parte suas agitatur vires, deiectus et ipse
 imperio quondam mundi solioque deorum.
 et pater in patrios exercet numina casus
 935 fortunamque senum; priva est tutela duorum.
 [nascentum atque patrum, quae tali condita parte est.]
 asper erit templis titulus, quem Graecia fecit
 Daemonium, signatque suas pro nomine vires.
 nunc age, surgentem primo de cardine mundum

918 cf. Firm. II 19, 11

915 mutantem **M** orbis *Bon.* oris **O** 918 acclivia *Bon.* de-
 clivia **O** 920 culminaque *Scal.* culmineque **LG** culmuicque **M**
 921 libratum **M** librarum **LG** 922 sedent **M** 924 per quae
Scal. perque **O** haec **M** hac **LG** huic *Garrod* reddita] redita
ML¹ addita **C** 925 vis et] niset **M** conubia **LG** coniugia **M**
 926 ventrem **G** 927 quod . . . mente *Scal.* 928 praestem
Scal. pr(a)estent **O** 929 at **L**² ad **L**¹**M** aut **G** 930 suspicit **F**
 suscipit **LG** inspicit **M** 932 sua fatigat **M** 935 priva *Garrod*
 prima **O** una *Housm.* 936 seclusit *Br.* nascentum **L**²**G** na-
 scendum **L**¹ nascendumque **M**¹ parte *Bentl.* pars **O** 937 asper
Bentl. asperum **O** erit **M** erat **LG** templis *Garrod* templum **M**
 tempus **LG** quem] quae **G** fecit *Bon.* feci **O**

respice, qua solitos nascentia signa recursus 940
 incipiunt, viridis gelidis et Phoebus ab undis
 enatat et fulvo paulatim accenditur igne,
 haec tua templa ferunt Maia, Cyllenie, nate,
 [o facies signata nota, quod nomen et ipsi
 auctores tibi dant artis, quae ducit Olympum] 945
 in quo fortunam natorum condidit omnem
 natura, ex illo suspendit vota parentum.
 unus in occasu locus est super: ille ruentem
 praecipitat mundum tenebris et sidera mersat
 tergaque prospectat Phoebi, qui viderat ora. 950
 ne mirere, nigri si Ditis ianua fertur
 et finem retinet vitae [mortique locatur].
 hic etiam ipse dies moritur terrasque per orbem
 subripit et noctis captum sub carcere claudit.
 nec non et fidei tutelam vindicat ipsam 955
 pectoris et pondus. tanta est in sede potestas,
 quae vocat et condit Phoebum recipitque refertque
 consummatque diem. tali sub lege notandae
 templorum tibi sunt vires, quae pervolat omnis
 astrorum series ducitque et commodat illis 960
 ipsa suas leges, stellaeque ex ordine certo,
 ut natura sinit, lustrant variasque locorum
 efficiunt vires, utcumque aliena capessunt
 regna et in externis subsidunt hospita castris.
 haec mihi sub certa stellarum parte canentur; 965
 nunc satis est, caeli partes titulosque notasse

955sq. cf. Firm. II 2

940 solitos . . . recursus *Bentl.* solido . . . recursu *LGM*² qua
 soli dona scencia signare cursu *M*¹ 944 o facies signata nota]
 et facies, si gnata notas, *Garrod* 945 artis quae *Scal.* artes
 qua *O* ducit] vicit *Garrod* 946 quo *Jacob* qua *O* 949 tene-
 bris *Bentl.* terris *O* mersat *Reg.* mersit *O* 950 tergaque *Scal.*
 terraque *O* 952 post vitae *lacuna* *O* mortique locatur *sup-*
plevit man. rec. in G 953 hic *Bentl.* hinc *O* 958 consum-
 matque *ML* consumatque *G* talis *G* lege *ML*¹ nocte *L*²*G*
 959 quae *Bentl.* quas *O* 964 subsidunt *ML* subsistunt *G*

effectusque loci per se cuiusque deosque.

[cui parti nomen posuit, qui condidit artem,
 octotopos, per quod stellae diversa volantes
 970 quos reddant motus, proprio venit ordine rerum.]

969 cf. Firm. II 14: 'de octo locis'

967 effectusque L²G effectosque L¹M 968 cui Scal. qui O
 artem M arcem LG 969 octotopos Scal. octotropos O 967—
 970 *inclusit Housm.*

M. Manlii Boetii *) Astronomicon liber II explicit feliciter,
 incipit tertius M explicit liber secundus, praefatio libri tertii G,
 nulla subscriptio in L

*) Boetii *inest*, non Boeni, ut vulgo editur, cf. M fol. 43^r IV
 817, ubi litterae ti in titulo eclipticis eodem modo depictae sunt
 atque hoc loco. Iam Vollmer BPhW. 1904, 107 ann. coniecit
 Boethi legendum esse.

LIBER TERTIUS

In nova surgentem maioraque viribus ausum
nec per inaccessos metuentem vadere saltus
ducite Pierides. vestros extendere fines
conor, et dignos in carmina ducere cantus.
non ego in excidium caeli nascentia bella 5
fulminis et flammis partus in matre sepultos,
non coniuratos reges Troiaque cadente
Hectora venalem cineri Priamumque ferentem,
Colchida nec referam vendentem regna parentis
et lacerum fratrem stupro segetesque virorum 10
taurorumque trucis flammam vigilemque draconem
et reduces annos auroque incendia facta
et male conceptos partus peiusque necatos.
non annosa canam Messanae bella nocentis
septenosque duces ereptaque fulmine flammis 15
moenia Thebarum et victam, quia vicerat, urbem
germanosque patris referam matrisque nepotes
natorumque epulas conversaque sidera retro
ereptumque diem; nec Persica bella profundo
indicta et magna pontum sub classe latentem 20
immissumque fretum terris, iter aequoris undis.

13 Lucan. IV 595: 'terribilem Libycis partum concepit'

2 vadere **G** invadere **ML** saltus **L²G** saltos **L¹M** 3-4 con-
nor fines *Br.* 4 et dignos **ML** et indignos **G** et indictos *Bech.*
cum cod. Bodl. carmina **MG** carmine **L** 6 flammis **ML¹** flam-
mas **L²G** partus **O** partusque **M^{on}** 7 hunc v. post 37 ex-
hibent **LG** hoc loco **MV₂** coniuratos **M** curatos **L¹** ad curatos **L²G**
Troiaque] Troiasque *Rossberg* (*probans* cadentes) cadente **M**
cadentes **LG** 9 Colchica **G** 12 auro **M** 14 inter 21 et 22
posuit *Br.* 15 fulmine *Scal.* fulmina **M** flumina **LG** 16 ur-
bem **M^{on}** orbem **O** 19 bello **M**

- non regis magni spatio maiore canenda,
 quam sint acta, loquor; Romanae gentis origo
 totque duces urbis, tot bella atque otia, et omnis
 25 in populi unius leges ut cesserit orbis,
 differtur. facile est, ventis dare vela secundis
 fecundumque solum varias agitare per artes
 auroque atque ebori decus addere, cum rudis ipsa
 materies niteat. speciosis condere rebus
 30 carmina vulgatum est opus et componere simplex.
 at mihi per numeros ignotaque nomina rerum
 temporaque et varios casus momentaque mundi
 signorumque vices partesque in partibus ipsis
 luctandum est, quae nosse nimis, quid? dicere quan-
 tum est?
 35 carmine quid proprio? pedibus quid iungere certis?
 huc ades, o quicumque meis advertere coeptis
 aurem oculosque potes, veras et percipe voces.
 impendas animum; nec dulcia carmina quaeras.
 ornari res ipsa negat contenta doceri.
 40 et si qua externa referentur nomina lingua,
 hoc operis, non vatis erit; non omnia flecti
 possunt et propria melius sub voce notantur.
 nunc age subtili rem summam perspice cura,
 quae tibi praecipuos usus monstrata ministrat
 45 et certas dat in arte vias ad fata videnda,
 si bene constiterit vigilantia condita sensu.

31—34 Firm. IV prooem. 5: 'quod quibusdam difficillimum videbatur propter Latini sermonis angustias'

22 magni M magno LG 23 sint acta M sit acta L si
 tacta G loquor LG liquor M 24 urbis Bentl. orbis L²G orbes
 L¹M 32 casus om. ML¹ 33 signorumque Bentl. quorum-
 que ML¹ quorum quaeque L²G 34 quid M quod LG 35 quid
 iungere M quod iungere LG 36 o om. M 37 post h. v. se-
 quitur v. 7 in LG 38 animos G 40 referuntur G 42 post
 h. v.: de athlis, quid sit athlum et quot sint ea et quae no-
 mina et quas vires et quem ordinem habeant M explicit prae-
 fatio G spatium duarum linearum vacuum relictum in L
 45 dat MG det L

principium rerum et custos natura latentum
 cum tantas strueret moles per moenia mundi
 et circumfusus orbem concluderet astris
 undique pendentem in medium diversaque membra 50
 ordinibus certis sociaret corpus in unum
 aeraque et terras flammamque undamque natantem
 mutua in alternum praebere alimenta iuberet,
 ut tot pugnantis regeret concordia causas,
 staretque aeterno religatus foedere mundus, 55
 exceptum a summa ne quid ratione maneret,
 et quod erat mundi, mundo regeretur ab ipso:
 fata quoque et vitas hominum suspendit ab astris,
 quae summas operum partes, quae lucis honorem,
 quae famam assererent, quae numquam fessa volarent; 60
 quae quasi per mediam mundi praecordia partem
 disposita obtineant, Phoebum lunamque vagasque
 et vincant stellas nec non vincantur et ipsa.
 his regimen natura dedit propriasque sacravit
 unicuique vices sanxitque per omnia, summam 65
 undique uti fati ratio traheretur in unam.
 nam quodcumque genus rerum, quodcumque laborum,
 quaeque opera atque artes, quicumque per omnia casus
 humana in vita poterant contingere sorte,
 complexa est tot et in partes, quot et astra locarat, 70
 disposuit certasque vices, sua nomina cuique
 attribuit totumque hominis per sidera censum

55 Claud. Ruf. I 4: 'quaesisset foedera mundi'

47 latentum L²G² latentem L¹G¹M 52 flammamque M flam-
 mam LG 55 aeterno *Bentl.* alterno O 56 summa *Reg.*
 summo O 60 volaret G¹ 62 disposita LG deposita M
 vagasque LG vagasve M 63 et vincant *Br.* et vincunt LG
 evincunt M evincant M^{on} vincantur *Reg.* vincitur M vincetur L¹
 vincuntur L²G 65 sanxitque] sane sitque M summam *Scal.*
 summa O 66 uti] uni L¹ fati *Scal.* fatum O unam *Scal.*
 unum O 67 labores M 68 quaecumque G¹ 69 sorte G
 sortem ML 70 tot et in MG tot in L quot et] quod et ML
 quot G locarat *Bentl.* vocarant O 71 disposuit *Bentl.* res
 posuit O

ordine sub certo duxit, pars semper ut eidem
confinis parti vicinis staret in arvis.

75 horum operum sortes ad singula signa locavit,
non ut in aeterna caeli statione manerent
et cunctos hominum pariter traherentur in ortus
ex eisdem repetita locis, sed tempore sedes
nascentum acciperent proprias signisque migrarent,
80 atque alias <alii> sors quaeque accederet astro,
ut caperet genitura novam per sidera formam
nec tamen incerto confunderet omnia motu.
sed cum pars operum, quae prima condita sorte est,
accepit propriam nascentis tempore sedem,
85 cetera succedunt signisque sequentibus haerent.
ordo ducem sequitur, donec venit orbis in orbem.
has autem facies rerum per signa locatas,
in quibus omnis erit fortunae condita summa,
utcumque <aut> stellae septem laeduntve iuvantve,
90 cardinibusve movet divina potentia mundi,
sic felix aut triste venit per singula fatum,
talis et illius sors est speranda negoti.
haec mihi sollemni sunt ordine cuncta canenda
et titulis signanda suis rerumque figuris,
95 ut pateat positura operum nomenque genusque.

fortunae sors prima data est. hoc illa per artem
censetur titulo, quia proxima continet in se
fundamenta domus domuique haerentia cuncta,
qui modus in servis, qui sit concessus in arvis,
100 quamque datum magnas operum componere moles ;

73 eidem **MG** idem **L** 74 arvis **LG** astris **M** 76 maneret **L**¹ 77 traheretur **G** 78 eisdem **M** hisdem **LG** isdem **C**
80 alias *Scal.* alius **O** aliis **F** <alii> *Bentl. om.* **O** alio **F**
82 motu **L**²**G** mundo **L**¹ modum **M** 83 sorte *Bentl.* parte **LG**
arte **M** 86 orbem *Reg.* orbe **O** 87 autem] aut **M** 88 fortunae **G** fortuna et **ML** 89 utcumque **M** ut cum **L** ut sit cum **G** ut cum iam **F** <aut> *Bentl.* 90 movet **M** movent **LG**
92 illius] ullius *Bentl.* negoti] nego **M** *versum damnat Br.*
93 cavenda **M** 98 domuique **F** dominoque **O** cuncta **F**
cauta **O** 99 qui sit **M** quis sit **LG**

ut vaga fulgentis concordant sidera caeli.
 post hinc militiae locus est, qua quicquid in armis
 quodque peregrinas inter versantibus urbes
 accidere assuevit, titulo comprehenditur uno. 105
 tertia ad urbanos statio est numeranda labores.
 hoc quoque militiae genus est civilibus actis
 compositum fideique tenet parentia vincla,
 format amicitias et saepe cadentia frustra
 officia, et cultus contingant praemia quanta,
 edocet; appositis cum mundus consonat astris. 110
 iudiciorum opus in quarta natura locavit
 fortunamque fori: fundentem verba patronum
 pendentemque reum lingua, rostrisque loquentem
 impositum et populo nudantem condita iura,
 atque expensa sua solventem iurgia fronte, 115
 cum iudex veri nihil amplius advocat ipso.
 quicquid propositas inter facundia leges
 efficit, hoc totum partem concessit in unam
 atque, utcumque regunt dominantia sidera, paret.
 quintus coniugio gradus est per signa dicatus 120
 et socios tenet et comites, <hic> hospitis una
 iungitur et similis coniungens foedus amicos.
 in sexta dives numeratur copia sede,
 atque adiuncta salus rerum, quarum altera, quanti
 contingant usus, monet, altera, quam diuturni; 125
 sidera ut inclinant vires et templa gubernant.
 septima censetur saevis horrenda periculis,
 si male subscribunt stellae per signa locatae.
 nobilitas tenet octavam, qua constat honoris

103 quodque *Scal.* quoque **M** quaeque **LG** 104 accidere
Scal. accipere **O** comprehenditur **M** 105 est *om.* **M** 106
 hocq; **M** 111 quarta (*sc.* statione) *Bentl.* quarto **O** 112 for-
 tunamque **G** fortunaque **ML** 113 loquentem *Scal.* loquentis **O**
 114 impositum **M** imposita **LG** 119 regunt **F** gerunt **O**
 paret *Fayus* parent **O** 121 tenet et] tenet **M** comites **L** com-
 mittem **M** comitantes **G** <hic> *Jacob* 122 iungitur] ius
 datur *Freier* icitur *Br.* 127 censetur *Reg.* censentur **O**
 129 qua *Reg.* quo **O**

- 130 condicio et famae modus et genus et specioso
 gratia praetextu. nonus locus occupat omnem
 gnatorum sortem dubiam patriosque timores
 omniaque intrantum mixta nutricia turba.
 huic vicinus erit, vitae qui continet actum,
 135 in quo sortimur mores et qualibus omnis
 formetur domus exemplis, quoque ordine certo
 ad sua compositi discedant munera servi.
 praecipua undecima pars est in sorte locata,
 quae summam nostri semper viresque gubernat,
 140 quaque valetudo constat, nunc libera morbis,
 nunc oppressa, movent ut mundum sidera cumque.
 non alia sedes, tempusve genusve medendi
 quae sibi deponat, vel cuius tempore praestet
 auxilium et vitae succus miscere salubris.
 145 ultimus et totam concludens ordine summam
 rebus apiscendis labor est, qui continet omnis
 votorum effectus, et quae sibi quisque suisque
 proponit studia atque artes, haec irrita ne sint,
 seu ferat officium, nutus blanditus in omnes,
 150 aspera sive foro per litem iurgia temptet,
 fortunamve petat pelago ventisque sequatur,
 seu Cererem plena vincentem credita messe
 aut repetat Bacchum per pingua musta fluentem;
 haec in parte dies atque haec momenta dabuntur;

130 specioso ML² speciosus L¹G 131 praetextu F praetexto O 132 gnatorum Scal. gratorum L¹ M² fatorum L²G
 133 intrantum O cf. Sen. de prov. VI, 7) infantum Scal. 135 sortimur mores Scal. sortium rumores O et qualibus Scal. aequalibus O 136 exemplis domus G¹ 137 compositi M composita LG 139 gubernat Reg. gubernant O 140 quaque Scal. quae M quaeque LG 141 movent ut Scal. movente M movent et LG 142 alia Scal. alias O 144 in vitae Bentl. miscere Bon. miserere O 146 apiscendis Reg. aspiciendis L¹M apicendis L²G 149 virtus blanditus nominis M 153 musta] multa M post h. v.: quomodo fortunae locus inveniatur M spatium quattuor linearum in L, inscripsit vv. IV 10—16 manus recentissima sacc. XV, postea deleuit 154 dies atque hac Fayus dies atque haec O fides inque hac Bentl.

si bene convenient stellae per signa sequentes. 155
 quarum ego posterius vires in utrumque valentis
 ordine sub certo reddam, cum pandere earum
 incipiam effectus; nunc ne permixta legentem
 confundant, nudis satis est insistere membris.

et quoniam certo digestos orbe labores 160
 nominaque in numerum viresque exegimus omnes, —
 athla vocant Graii, quae cuncta negotia rerum
 in genera et partes bis sex divisa coercent, —
 nunc, quibus ascendant signis quandoque, canendum est.

perpetuas neque enim sedes, eademve per omnis 165
 sidera nascentis retinent, sed tempore mutant,
 nunc huc nunc illuc signorum mota per orbem,
 incolumis tamen ut maneat, qui conditus ordo est.

ergo age, ne falsa variet genitura figura, 170
 si sua quemque voles revocare ad signa laborem,
 fortunae conquire locum per sidera cuncta.

[quae primum pars est numerosis dicta sub athlis.]
 qui tibi cum fuerit certa ratione repertus,
 cetera praedicto subeuntibus ordine signis
 coniunges, teneant proprias ut singula sedes. 175

et ne forte vagus Fortunae quaerere sedem
 incipias, duplici certam ratione capesse.
 cum tibi nascentis percepto tempore forma
 constiterit caeli, stellis ad signa locatis,

157 earum *Scal.* rerum **O** 158 affectus **M** 159 *post h. v.:*
 quomodo adaper signa de sonibus animus(?) **M** *unius lineae*
spatium relictum in L (*in m.:* quomodo athla per signa scri-
 bantur) 163 coercent *Reg.* cohaerent **M** coherent **LG** 166 re-
 tinent . . . mutant *Bon.* retinet . . . mutat **O** tempore *Scal.*
 tempora **O** 168 incolumis **L²G** incolomis **L¹M** maneant **L¹**
 169 variet *Reg.* varia **O** 170 voles **L²G** volens **L¹M** laborem
Bon. labore **O** 172 primum **O** primo **F** numerosis **O** numero
 sic **F** *versum damnat Bentl.* 173 qui **ML** quae **G** 174 prae-
 dicta **L¹** 175 *post h. v.:* quomodo fortunae locus invenia-
 tur **M** *spatium unius lineae in L* 176 et ne **G** / t ne **L** /si **M**
 177 duplici certam *Bentl.* duplici certa **L¹(?)M** duplicem certa
L²G capesse **L²** 179 constiterit **ML²** cum steterit **L¹** consti-
 terint **G** caela **M**

180 transverso Phoebus si cardine celsior ibit,
 qui tenet exortum, vel qui demergit in undas,
 per tempus licet affirmes natum esse diei.
 at si subiectis senis fulgebit in astris
 inferior dextra laevaue tenentibus orbem
 185 cardinibus, noctis fuerit per tempora natus.
 haec tibi cum fuerint certo discrimine nota,
 tunc, si forte dies nascentem exceperit alma,
 a sole ad lunam numerabis in ordine partes
 signorum, ortivo totidem de cardine duces,
 190 quem bene partitis memorant horoscopon astris;
 in quodcumque igitur numerus pervenerit astrum.
 hoc da Fortunae; iunges tunc cetera signis
 athla suis certo subeuntibus ordine cunctis.
 at cum obducta nigris nox orbem texerit alis,
 195 si quis erit, qui tum materna excesserit alvo,
 verte vias, sicut naturae vertitur ordo.
 consule tum Phoeben imitantem lumina fratris
 semper et in proprio regnantem tempore noctis.
 quotque ab ea Phoebus partes et signa recedit,
 200 tot numerare iubet fulgens horoscopus a se;
 hunc Fortuna locum teneat subeuntibus athlis,
 ordine naturae sicut sunt cuncta locata.

forsitan et quaeras agili rem corde notandam,
 qua ratione queas in tali tempore nati
 205 exprimere immenso surgentem horoscopon orbe.
 quod nisi subtili visum ratione tenetur,

181 Germ. Arat. I 159: 'demersus in undas' 187 cf. Firm.
 IV 17, 3 194 cf. Firm. IV 17, 4

180 sic M 183 at LG ac M senis *Reg.* sevus M sevis L
 saevis G 185 natis ML¹ 188 *deest in* LG 189 totidem
 ortivo M 190 memorat G 191 agitur L¹ 194 obducto L
 nigros L¹ 195 materna *Bon.* materno O 199 quotque *Reg.*
 quoque O 200 fulgens M *om.* LG 202 natura M *post h. v.:*
 quomodo hopus (= *horoscopus*) inveniatur M quomodo opus in-
 veniatur G (*in m. L*) 204 in tali *Br.* natalis O a tali *Scal.*
 206 subtili *Scal.* sub stellis O

fundamenta ruunt artis, nec consonat ordo,
 cardinibus quoniam falsis, qui cuncta gubernant,
 mentitur faciem mundus, nec constat origo,
 flexaque momento variantur sidera templi. 210
 sed quanta effectum res est, tam plena laboris
 cursibus aeternis mundum per signa volantem,
 ut totum lustret curvatis arcibus orbem,
 exprimere et vultus eius componere certos
 ac tantae molis minimum deprendere punctum, 215
 quae pars exortum vel quae fastigia mundi
 aut terat occasus aut imo sederit orbe.
 nec me vulgatae rationis praeterit ordo,
 quae binas tribuit signis orientibus horas
 et paribus spatiis aequalia digere astra, 220
 ut parte ex illa, qua Phoebi coeperit orbis,
 discedat numerus summamque accommodet astris,
 donec perveniat nascentis tempus ad ipsum,
 atque ubi substiterit, signum dicatur oriri.
 sed iacet obliquo signorum circulus orbe, 225
 atque alia inflexis oriuntur sidera membris,
 ast illis magis est rectus surgentibus ordo,
 ut propius nobis aliquod vel longius astrum est.
 vix finit luces Cancer, vix bruma reducit;
 quam brevis illa iacet, tam longus circulus hic est. 230
 Libra Ariesque parem reddunt noctemque diemque;
 sic media extremis pugnant extremaque summis.
 nec nocturna minus variant quam tempora lucis,
 sed tantum adversis idem stat mensibus ordo.
 in tam dissimili spatio variisque dierum 235
 umbrarumque modis quis possit credere in auras

208 qui *Reg.* que **M** quae **LG** 210 memento **M** 213 ut **MG**
 et **L** 214 exprimere et *Reg.* exprimet et **O** 215 depren-
 dere **ML** compendere **G** 217 aut terat *Pingreus* auferat **O** aut
 ferat *Reg.* orbe *Reg.* orbem **O** imum obsederit orbem *Bentl.*
 219 orientibus **M** surgentibus **LG** 220 digereit **V**₂ degerit **O**
 225 orbem **M** 228 propius **L**² proprius **L**¹**M** aliquod **M**
 aliquid **LG** 229 finit] sunt **M** luces *om.* **M** 230 circula **M**
 235 dissimilis **L**¹ 236 possit] sit **L** auras] horas *Br.*

omnia signa pari mundi sub lege meare ?

adde quod incerta est horae mensura, neque ullam
altera par sequitur, sed sicut summa dierum

240 vertitur, et partes surgunt rursusque recedunt ;

cum tamen in quocunque dies deducitur astro,

sex habeat supra terras, sex signa sub illis ;

quo fit, ut in binas non possint omnia nasci,

cum spatium non sit tantum pugnantibus horis,

245 si modo bis senae servantur luce sub omni.

quem numerum debet ratio, sed non capit usus.

nec tibi constabunt aliter vestigia veri,

ni lucem noctemque paris dimensus in horas,

in quantum vario pateant sub tempore, noris.

250 regulaque exacta primum formetur in hora,

quae signetque diem sedem perpendat et umbris.

haec erit, in Libra cum lucem vincere noctes

incipiunt vel cum medio concedere vere.

tunc etenim solum bis senas tempora in horas

255 aequa patent, medio quod currit Phoebus Olympo.

is cum per gelidas hiemes summotus in austros

fulget in octava Capricorni parte biformis,

tunc angusta dies vernalis fertur in horas

dimidiam atque novem ; sed nox oblita diei

260 bis septem apposita, numerus ne claudicet, hora

dimidia. sic in duodenas exit utrimque,

et redit in solidum naturae condita summa.

inde cadunt noctes, surguntque in tempora luces,

donec ad ardentis pugnarunt sidera Cancrī.

237 meare *Scal.* manere O 238 incertum L¹ 239 par *Bentl.*
pars O 242 sex ML² sed L¹G 243 quo L²G quod ML¹ fit]
sit M 246 usu M *post h. v.:* de mensura temporum et sig-
norum MG *in m.* L 248 demensus M 249 vano L¹ 250 for-
metur ML formatur G hora *Bentl.* horas O 251 signetque *Br.*
signemque O segnemque C sedem O segnes M^{om} umbris *Br.*
umbras O 254 tempora F tempore O 256 is G his ML
hiemes V₂ hieme O austros *Scal.* astro O 259 dimidia M
260 nec L horta L¹ 261 dimidias L¹ ex/ t L utrimque V^{en}
utrumque O 262 natura M

atque ibi conversis vicibus mutantur in horas 265
 brumalis, noctemque dies lucemque tenebrae
 hibernam referunt alternaque tempora vincunt
 nunc huc nunc illuc gradibus per sidera certis
 impulsae; quarum ratio manifesta per artem
 collecta est venietque suo per carmina textu. 270
 atque haec est illas demum mensura per oras,
 quas rigat aestivis gravidus torrentibus amnis
 Nilus et erumpens imitatur sidera mundi
 per septem fauces atque ora fugantia pontum.
 nunc age, quot stadiis et quanto tempore surgant 275
 sidera quoque cadant, animo cognosce sagaci,
 ne magna in brevibus pereant compendia dictis.
 nobile Lanigeri sidus, quod cuncta sequuntur,
 dena quater stadia exoriens, duplicataque ducit
 cum cadit; atque horam surgens eiusque trientem 280
 occupat; occiduus geminat; cum cetera signa
 octonis crescunt stadiis orientia in orbem
 et totidem amittunt gelidas vergentia in umbras.
 hora novo crescit per singula signa quadrante,
 tertiaque in quinas pars si diducitur eius. 285
 haec sunt ad Librae sidus surgentibus astris
 incrementa; pari momento damna trahuntur,
 cum subeunt orbem rursusque a sidere Librae
 ordine mutato paribus per tempora versa
 momentis redeunt. nam per quot creverat astrum 290
 Lanigeri stadia aut horas, tot Libra recedit.

265 ibi **M** ubi **LG** visibus **L**¹ haras **L**¹ 271 est illas de-
 mum *Reg.* illa demum est **LG** illa demum **M** oras *Scal.* horas
L²**G** hora **L**¹**M** 272 gravidus *Scal.* gradibus **O** 275 quot **L**²**G**
 quod **L**¹**M** 277 pereant *Bentl.* careant **O** lateant *Jacob*
 281 occiduus **L**²**G** occiduis **L**¹ occidus **M** 283 amittunt *Reg.*
 admittunt **O** gelidas vergentia *Scal.* gelida vergentia **M** geli-
 dasque rigentia **LG** 285 quinas *Bentl.* quarta **O** pars *Bentl.*
 parte **O** si diducitur *Br.* si ducitur **ML** sic ducitur **G** 288 a
 sidere *Scal.* ad sidera **O** 290 quot **L**² quod **L**¹**MG** *post h. v.*
sequitur in L (linea subducta): denique si non est fati cur tra-
 ditur ordo (= *IV 106*)

occiduusque Aries spatium tempusque cadendi
 quod tenet, in tantum Chelae consurgere perstant.
 eius in exemplum se signa sequentia vertunt.
 295 haec ubi constiterint vigilantibus condita mente,
 iam facile est tibi, quod quandoque horoscopet astrum.
 noscere, cum liceat certis surgentia signa
 ducere temporibus propriisque adscribere in horas
 partibus, ut ratio signis ducatur ab illis,
 300 in quis Phoebus erit, quorum mihi reddita summa est.
 sed neque per terras omnis mensura dierum
 umbrarumque eadem est, simili nec tempora summa
 mutantur; modus est varius ratione sub una.
 nam qua Phrixæi ducuntur vellera signi
 305 Chelarumque fides iustaeque examina Librae,
 omnia consurgunt binas ibi signa per horas,
 quod medius recto praecingitur ordine mundus
 aequalisque super transversum vertitur axem.
 illi perpetua iunguntur pace diebus
 310 obscurae noctes; aequo stat foedere tempus;
 nec manifesta patet falsi fallacia mundi,
 sed similis simili toto nox redditur anno.
 omnibus autumnus signis, ver omnibus unum,
 una quod aequali lustratur linea Phoebo.
 315 nec refert tunc, quo Phoebus decurrat in astro,

308 Lucan. VIII 462: 'inde maris vasti transverso vertitur aestu'

292 occiduusque **M** cadendi **M** canendi **L**¹**G**¹ oriendi **L**²**G**²
 293 perstant *Reg.* perstat **ML** praestat **G** 294 vertunt *Scal.*
 versis **O** versant *Reg.* 295 tibi **L** 296 tibi *Bentl.* si **O** sic *Br.*
 horosco per **M** 297 nosceret **M** signa **M** signis **LG** 298 pro-
 priisque *Scal.* propriasque **O** 300 quis *Scal.* quos **O** quorum
Reg. quarum **O** post h. v. sequitur: de inclinationibus mundi
MG (*in m. L*) 303 statione *Bentl.* 304 nam qua *Bentl.* num-
 quam **O** Frixæi **G** 306 ibi *Bentl.* sibi **O** 309 illi **ML** illa **G**
 iunguntur *Reg.* iungentur **M** iungantur **LG** 312 sed *Bentl.*
 nec **O** et *Ellis* anno *Bentl.* aëvo **O** 313 autumnus] acumi-
 nis **M** autumnis **G**¹ 315 refert] referet **L**¹ resque et **M** quo]
 quod **L**¹; decurat **M**

litoreumne coquat Cancrum, contrane feratur,
sideribus mediis an quae sint quattuor inter.
quod quamquam per tris signorum circulus arcus
obliquus iaceat, recto tamen ordine zonae
consurgunt supraque caput terrasque feruntur 320
et paribus spatiis per singula lustra resurgunt,
ac bene diviso mundus latet orbe patetque.
at simul ex illa terrarum parte recedas,
quicquid ad extremos temet praeverteris axes
per convexa gravi gressu fastigia terrae, 325
quam tereti natura solo decircinat orbem
in tumidum et mediam mundo suspendit ab omni;
ergo ubi conscendes orbem scandensque rotundum
degrediere simul, fugiet pars altera terrae,
altera reddetur; sed quantum inflexerit orbis, 330
tantum inclinabit caeli positura volantis,
et modo quae fuerant surgentia limite recto
sidera, curvato ducentur in aethera tractu.
atque erit obliquus signorum balteus orbe,
qui transversus erat; statio quando illius una est, 335
nostrae mutantur sedes. ergo ipsa moveri
tempora iam ratio cogit variosque referre
sub tali regione dies, cum sidera flexo
ordine conficiant cursus obliqua malignos,
longius atque aliis aliud propiusve recumbat. 340

316 litoreumne *Reg.* litoreumve O 317 sunt *Br.* 319 obli-
quus *Reg.* obliquos O 320 terrasque] subterque *Bentl.* 323 at
simul L²G ad simul L¹ adsimilis M 324 ad extremos ML¹G²
ab extremo L²G¹ temet L²G tenet L¹M praeverteris *Reg.* prae-
vectoris O axes *Bentl.* axe O 325 gravi gressu *Br.* gravis
gressum M gradus gressum LG fastigia M vestigia LG 326 te-
recti L¹ orbem *Jacob* orbe O 327 mundo *Scal.* in mundo O
ab L²G ad L¹M omni O 328 conscendes *Reg.* consedes O
scandensque L¹G scandesque ML² 329 degrediere G digre-
diere ML 330 reddetur LG redditur M orbis *Bentl.* orbe O
331 inclinabit *Reg.* inclinavit O posituri L¹ 332 limite
recto *Reg.* limiter octo M limitet octo L² limite octo L¹ limitis
octo G 333 ducentur C ducuntur O 335 statio *Scal.* spatio O
unam G 337 iam M nam L nec G vanosque L¹M

pro spatio mora magna datur. quae proxima nobis
 consurgunt, longos caeli visuntur in orbis.
 ultima quae fulgent, celeris merguntur in umbras.
 et quanto ad gelidas propius quis venerit aretos,
 345 tam magis effugiunt oculos brumalia signa,
 vixque ortis occasus erit. si longius inde
 procedat, totis condentur singula membris
 tricenasque trahent conexo tempore noctes,
 et totidem luces adiment. sic parva dierum
 350 efficitur mora et attritis consumitur horis.
 paulatimque perit statio fulgentibus astris;
 pluraque per partes subrepto tempore signa
 quaerentur medio terrae celata tumore
 abducentque simul Phoebum texentque tenebras,
 355 mensibus ereptis donec sit debilis annus.
 si vero natura sinat sub vertice caeli,
 quem gelidus rigidis fulcit compagibus axis.
 aeternas super ire nives orbemque rigentem,
 prona Lycaoniae spectantem membra puellae,
 360 stantis erit caeli species, laterumque meatu
 turbinis in morem recta vertigine curret.
 inde tibi obliquo sex tantum signa patebunt
 circuitu nullos unquam fugientia visus,
 sed teretem inclini mundum comitantia semper.
 365 hic erit una dies per senos undique menses

343 ultima quae fulgent *G Bentl.* ultimaque et fulgent *ML* ultima quae et fulgent *C* umbras *M* umbris *LG* 344 quanto *L²G* quando *L¹M* 345 effugiunt *Bentl.* efficiunt *ML¹G* efficiunt *L²* oculos *M* oculis *LG* 346 ortis *Bentl.* ortus *O* 348 tricenasque *L²G* tricenasque *L¹M* trahent *M* trahet *LG* conexo *M* connexa *L* convexo *G* 350 officitur *L* 351 statio *Scal.* spatio *O* 352 subrepto *Bentl.* subrupto *ML²G* subruto *L¹* 353 quaerentur *V₂* quaeruntur *O* terrae *Scal.* tempore *O* tumore *F* timore *O* tempore quaeruntur medio caelata timore *L²* 354 abducentque *Reg.* adducentque *O* 355 ereptis *Bentl.* eruptis *O* 358 regentem *L¹* 359 prona *ML²G²* prima *L¹G¹* Licaonicae *G* 360 meatu *MG* meatum *L* 361 curret *Bentl.* currit *O* 362 patebunt *M* patebit *LG* 364 teretem *G* terentem *ML* inclini *Bentl.* acclini *LG* aedini *M* semper] spira *Bentl.*

dimidiumque trahens contextis lucibus annum,
 numquam erit occiduus quod tanto tempore Phoebus,
 dum bis terna suis perlustrat cursibus astra,
 sed circumvolitans recto visetur ab orbe. 370
 at simul e medio praeceps descenderit orbe
 inferiora petens deiecto sidera cursu
 et dabit in pronum laxas effusus habenas,
 per totidem menses iunget nox una tenebras
 vertice sub caeli. nam quisquis spectat ab omni, 375
 dimidium e toto mundum videt orbe rotundi,
 pars latet inferior; neque enim circumvenit illum
 recta acies mediaque tenuis distinguitur alvo;
 effugit ergo oculos summo spectantis ab orbe,
 dum sex submersis vectatur Phoebus in astris
 adducitque simul luces tenebrasque relinquit, 380
 sideribus donec totidem quot mensibus actis
 cesserat unde, redit geminasque ascendit ad arctos.
 hic locus in binas annum noctesque diesque
 per duo partitae dirimit divortia terrae.
 et quoniam quanto variantur tempora motu 385
 et quibus e causis, dictum est, nunc accipe, signa
 quot surgant in quoque loco cedantque per horas,
 partibus ut preñdi possint orientia certis,
 ne falsus dubia ratione horoscopus erret.
 atque hoc in totum certa sub lege sequendum est: 390
 singula quod nequeunt per tot distantia motus
 temporibus numerisque suis exacta referri,
 a me sumat iter; positum sibi quisque sequatur
 perque suos tendat gressus; mihi debeat artem.

369 visetur *Bentl.* versetur **L¹M** versatur **L²G** orbe] axe *Bentl.*
 370 om. **M** 373 tenebras **F** tenebris **O** 374 omni] axe
Bentl. 375 e toto *Bentl.* ex toto **V^{en}** et toto **O** mundum]
 tantum *Bentl.* 377 mediamque **L¹** descingitur **M** 378 ore **G**
 381 iactis **M** 382 redit **M** regit **LG** 384 *post h. v.:* quo-
 modo in omni inclinatione mundi hopus (opus **G**) inveniatur **MG**
 385 quanto **L²** quinto **L¹MG** variantur] varientur *Br. (sed*
cf. IV 117, 211) 386 et quibus **G** e quibus **LM** 387 quot **L**
 quod **MG** 389 herret **G** 393 sequantur **L¹**

- 395 quacumque hoc parte in terrarum quisque requiret,
 deducat proprias noctemque diemque per horas,
 maxima sub Cancro minimis quae cingitur umbris;
 et sextam summae, fuerit quae forte, diurnae
 vicino tribuat post Cancri templa Leoni;
 400 at quae nocturnis fuerit mensura tenebris,
 in totidem partes simili ratione secanda est,
 ut, quantum una ferat, tantum tribuatur ad ortus
 temporis averso nascenti sidere Tauro;
 has inter quasque accipiet Nemeaeus in horas
 405 quod discrimen erit, per tris id divide partes,
 tertia ut accedat Geminis, quae tempora Tauri
 vinciat, atque eadem Cancro similisque Leoni.
 sic erit ad summam ratio perducta priorem,
 quam modo divisit Nemeaeus duxerat horis.
 410 inde pari Virgo procedat temporis auctu,
 sed certa sub lege, prioris semper ut astri
 incolumem servent summam crescantque novando.
 his usque ad Chelas horarum partibus auctis

395 hoc parte in terrarum *Bentl.* hoc parat iter rarum **L** hoc
 para terrarum **M** hoc parte terrarum **G** 398 fuerit *Reg.* fu-
 erint **O** 399 *post h. v. sequuntur IV 10—313, deinde III*
*400 sqq. in L** (*litteris appictis genuinus ordo restitutus*) et **G**
in m.: hiatus est ad hoc signum *, *omnia recte in M* 400 at
 quae **GC** atque **ML** 402 tribuatur **L²G** tribuantur **L¹M** 403
 averso *Huet* adverso **O** nascenti sidere *Scal.* nascentia sidera **O**
 404 405 406 *om.* **M** 406 Tauri *Reg.* Tauro **O** qua **G** 407 vin-
 ciat **L²G** vinceat **L¹** vincat **M** 408 perducta **O** deducta **C**
 409 quam modo *Bentl.* quo modo **O** Nemeaeus duxerat *Bentl.*
 Nemea si duxerit **O** 410 auctu *Reg.* actu **O** 411 ut astri
Reg. ut astris **ML** in astris **G** 412 servent **M^{on}** servet **O** cre-
 scantque *Bentl.* crescensque **O** 413 ad Chelas *Bentl.* ad de-
 nas **O**

* *In L (fol. 52) legitur ad III 399: hic male ordinata lectio, sed si vis eius ordinem rectum reperire, memento eam per ordinem alfabeti quaerere, quo eam denotavimus. Post hunc enim versum „vicino tribuat p. c. t. l.“ debet ille sequi quem inveneris post sex folia (fol. 59) B littera denotatum, videlicet istum „at quae nocturnis f. m. t.“*

per totidem a Libra decrescent sidera partes,
 et quantis in utrumque modis tollentur ad ortus, 415
 diversam in sortem tantis mergentur ad umbras.
 haec erit horarum ratio ducenda per orbem,
 illa <et> quot stadiis oriantur quaeque cadantque.
 quae cum ter centum numeris vicinaeque constant,
 detrahitur summae tota pars, quota demitur usque 420
 omnibus ex horis aestivae nomine noctis,
 solstitium summo peragat cum Phoebus Olympo;
 quodque his exsuperat demptis, diducito in aequas
 sex partes sextamque ardenti trade Leoni;
 rursus qui steterit numerus sub nomine noctis, 425
 eius erit signo Tauri pars illa dicanda;
 quodque hanc exsuperat partem, superatur ab illa,
 distinguitque duas medio discrimine summas,
 tertia pars eius numero superaddita Tauri
 tradetur Geminis. simili tunc cetera lucro 430
 procedent numeros semper tutata prioris
 augebuntque novo vicinas munere summas,
 donec perveniant ad iustae sidera Librae.
 ex illa totidem per partes sic breviantur
 Lanigeri ad fines, conversaque omnia lege 435
 accipiunt perduntque pares cedentia sortes.

433 Lucan. IV 58: 'ad iustae pondera Librae'

414 a Libra *Bentl.* Librae O a Librae *Scal.* 415 in om. M
 417 post h. v. lacunam statuit *Pingreus* 418 illa <et> quot
Br. in edit. sua (olim: accipe quot), illa quod O stadiis L²
 standis L¹MG 419 ter centum M trecentum LG numeris L²G
 numerus L¹M vicinaeque F vicinaeque O 420 detrahitor *Br.*
 quota demitur L¹ quod ademitur M quota demit L² quot ade-
 mit G usque *Jacob* utque M uterque LG 422 peragit *Bentl.*
 423 diducito *Jacob* id ducito G id ducit ML 425 nomine
Reg. numine O noctis] lucis *Br.* 427 quotque G 429 nu-
 mero L¹G numerum L¹M 430 tradetur V₂ traditur M traditur
 et LG 431 procedent M procedunt LG priores L² 432 novo
Bentl. novem O munere *Bentl.* munero M numero L munera G
 433 perveniant G perveniet ML¹ pervenient L²

haec via monstrabit stadiorum ponere summas,
 et numerare suos ortus per sidera cuncta.
 quod bene cum propriis simul acceptaveris horis,
 449 in nulla fallet regione horoscopus umquam,
 cum poterunt certis numerari singula signa
 temporibus parte ex illa, quam Phoebus habebit.

nunc quibus hiberni momentis surgere menses
 incipiant, — neque enim paribus per sidera cuncta
 445 procedunt gradibus, nivei dum vellera signi
 contingunt, aequum luces cogentia et umbras
 ferre iugum — magna est ratio breviterque docenda.
 principio capienda tibi est mensura diei,
 quam minimam Capricornus agit, noctisque per horas
 450 quam summam; quoque ad iustas superaverit umbras
 et trepidet luces, eius pars tertia signo
 tradenda est medio semper; qua sorte retenta
 dimidio vincat primum, vincatur et ipsum
 extremo. totum in partes ita digere tempus.
 455 his opibus tria signa valent; sed summa prioris
 accedat numeri, coniuncta sequentibus astris
 cesserit, ut, ternis fuerit si longior horis
 brumali nox forte die, Capricornus et hora
 dimidia attollat luces, et Aquarius horam
 460 ipse suam proprie ducat summaeque priori
 adiungat, Pisces tantum sibi temporis ipsi
 constituent, quantum accipiant de sorte priorum,
 et tribus expletis horis noctemque diemque
 Lanigero tradant acquandam tempore veris.

437 monstrabit G monstravit ML 442 post h. v.: de acces-
 sionibus temporum et desessionibus (decessionibus) M (in m. L)
 443 hibernis L¹ 444 incipiant G incipiam ML 446 con-
 tingunt LG contingant M luces Reg. lucis O 449 noctis / G
 horas Scal. horam O 450 ad iustas Br. ad iusto O ab iusto
 Scal. umbras] umbra Scal. 451 trepidet Br. trepident O
 454 in om. G¹ degere L¹ 456 accedat Jacob accedit O
 458 brumalis Br. et Br. in O 459 dimidiam L¹ 461 ipsi
 Reg. ipse ML ipsae G 462 sorte] sede M priorum Benth.
 prioris O 463 et] e M

incipit a sexta tempus procedere parte 465
 dividuum; duplicant vires haerentia signa,
 ultimaque acceptas triplicant. ita summa diebus
 redditur, aequatae solvuntur faenore noctes,
 rursus et incipiunt propria de sorte diebus
 cedere diversa labentia tempora lege. 470

namque Aries totidem deducit noctibus horas,
 quot prius abstulerant proprio sub nomine Pisces.
 hora datur Tauro, cumulentque ut damna priora,
 dimidiam adiungunt Gemini. sic ultima primis
 respondent pariterque illis, quae proxima fulgent, 475
 et média aequatis censentur viribus astra
 praecipuosque gerunt varianda ad tempora motus.

hac vice discedunt noctes ad sidera brumae
 tollunturque dies annique invertitur orbis,
 solstitium tardi cum fit sub sidere Cancrī; 480
 tuncque diem brumae nox aequat, tempora noctis
 longa dies similisque redit, quam creverat actu.

illa etiam poterit nascens via ducere ad astrum,
 quod quandoque vadis emissum redditur orbi.
 nam quota sit lucis, si luce requiritur, hora, 485
 aspicias atque hunc numerum revocabis in ipsum
 multiplicans deciens adiectis insuper eidem
 quinque tamen summis, quia qualicumque sub hora
 ter quinas mundi se extollunt sidera partes.

472 Germ. Arat. I 335: 'proprio sub nomine'

466 duplicant *Scal.* triplicant **O** haerentia *Reg.* arentia **O**
 467 triplicant *Scal.* duplicant **O** 468—469 in **O** post 474 collo-
 catos huc revocavit *Bentl.* 470 labantia **L**¹ 472 quot **L**²**G**
 quod **L**¹**M** 473 cumulentque *Scal.* cumuletque **O** 474 ge-
 mini **G** geminis **ML** 478 hac **L**²**G** haec **L**¹**M** descendunt *Bentl.*
 a sidere *Scal.* 482 similique *Scal.* quam] quo *Reg.* post
h. v.: alteratio inveniendi horam **M** altera ratio inveniendi ho-
 ram **G** (*in m. L*) 483 austrum **L** 487 multiplicans **M** multi-
 plicatis **L** multiplica// **G** decies *Bon.* decens **ML** dece// **G**
 eidem *Scal.* iisdem **G** hisdem **ML** eisdem *Br.* 488 summis **MG**
 summus **L**¹ sumis **L**² 489 se extollunt *Jacob* sex tollunt **O**
 se tollunt *Scal.*

- 490 hic ubi constiterit numerus, coniungere et illas,
 quae superent Phoebos partes per signa, memento.
 ex hac tricenae summa per sidera partes
 distribues primamque vicem, quo Phoebus in astro
 fulserit, inde aliis, solem quaecumque sequentur.
- 495 tum quo subsistet numerus consumptus in astro,
 quae in parte suam summam numerumque relinquet,
 haec erit exoriens. et par sit norma per ignes.
 contineas partes. ubi summam feceris unam,
 tricenae dabis ex illa per singula signa,
- 500 donec deficiat numerus; quae ille sub astris
 parte cadet, credas illam cum corpore natam
 esse hominis pariterque orbem vidisse per ignes.
 sic erit ipse tibi rapidis quaerendus in astris
 natalis mundi certoque horoscopus ortu,
- 505 ut cum exacta fides steterit sub cardine primo,
 fallere non possint summi fastigia caeli,
 non seri te obitus, stent fundamenta sub imo,
 [stent veri stellarum obitus, verique subortus]
 omniaque in proprias vires sortesque recedant.
- 510 nunc sua reddentur generatim tempora signis,
 quae divisa etiam proprios ducuntur in annos
 et menses lucesque suas horasque dierum,

510sq. cf. Firm. IV 20, 2

490 coniungere *Scal.* coniunges **ML**¹ coniungis **L**²**G** 491 me-
 mento *Reg.* momenta **O** 492 summa *Reg.* summas **O** 495
 tum **MG** cum **L** 496 numerumque *Jacob* numerique **O** re-
 linquet *Jacob* reliquit **O** 497 et par sit norma *Br.* et pars
 et forma **O** 498 contineas *Br.* contineat **O** continua *Scal.*
 summam **G** summa **ML** feceris *Scal.* fecerit **O** unam **G** unum **ML**
 500 quaeque *Reg.* quamque **LG** quae **M** ille **LG** illa **M** astri
Scal. 501 cadat *Scal.* 504 ortum **G** 505 exacta *Bentl.*
 ex hac **O** fides **L**¹**MG** sedes **L**²**C** 506 possint *Reg.* possit **O**
 507 non seri te obitus *Bentl.* nosceret oblitus **M** non feret ob-
 litus **LG**² non ferret oblitus **G**¹ sub uno **G** 508 *damnavit*
Bentl. stent **L**²**G** stant **L**¹ sint **M** obitus *Wakefield* ortus **O**
 509 omniaque *Bentl.* denaque **M**¹**LG** donaque **M**² *post h. v.:*
 cuius signi quisque annus aut mensis aut dies aut hora sit
MG (*in m. L*) 511 quae **L**²**G** quique **L**¹**M**

per quos praecipuas ostendunt singula vires.
 primus erit signi, quo sol effulserit annus,
 annua quod lustrans consumit tempora mundum. 515
 proximus atque alii subeuntia signa sequuntur.
 luna dabit menses, peragit quod menstrua cursum.
 tutelaeque suae primas horoscopus horas
 asserit atque dies traditque sequentibus astris.
 sic annum mensesque suos natura diesque 520
 atque ipsas voluit numerari signa per horas,
 omnia ut omne foret divisum tempus in astra
 perque alterna suos variaret sidera motus,
 ut cuiusque vices ageret redeuntis in orbem.
 idcirco tanta est rerum discordia in aevo 525
 et subtexta malis bona sunt lacrimaeque sequuntur
 vota nec in cunctos servat fortuna tenorem;
 usque adeo permixta fluit nec permanet usque
 amisitque fidem variando cuncta per omnis.
 non annis anni nec menses mensibus usque 530
 conveniunt seque ipse dies aliumque requirit
 horaque non ulli similis producitur horae,
 tempora quod distant propriis parentia signis,
 per numeros omnis aevi divisa volantis,
 talesque efficiunt mentes casusque minantur, 535
 qualia sunt, quorum vicibus tum vertimur, astra.
 sunt, quibus et caeli placeat nascentis ab hora

513 quos] quae *Scal.* 515 annua *Bentl.* annum O mundum M mundi LG 516 alii *Scal.* aliis M illis LG 519 traditque G tradit ML 520 suos G tuos ML 521 numerari *Reg.* numerandi O 525 tanta est L²G tanta M tantam L¹ 528 p. usque ML p. usquam G 530 annis anni M annus anni L¹ annus annis L²G usquam G 531 ipse *Reg.* ipsa O requirit L²G requiret L¹M revisit *Bentl.* 532 non ulli G nonnulli M nonnulli L 533 distant *Jacob* sistant O 534 omnis . . . volantis L¹MG omnes . . . volantes L² 535 mentes *Jacob* menses O 536 *post h. v.*: alteratio cuius signi quisque annus, (*deinde litteris minusculis versus instar scriptum*) aut mensis aut dies aut hora sit M altera ratio *cet.* L in m., cuius signi quisque annus sit G 537 et *om.* ML¹ placeat M pateat LG pateant F hora *Jacob* horae O ortu *Bentl.*

- [sidere, quem memorant horoscopon inventuros,
 parte quod ex illa describitur hora diebus]
- 540 omne genus rationis agi per tempora et astra,
 et capite ex uno menses annosque diesque
 incipere atque horas tradique sequentibus astris;
 et quamquam socia nascantur origine cuncta,
 diversas tamen esse vices, quod tardius illa,
- 545 haec citius peragant orbem. venit omnis ad astrum
 hora die, bis mense dies, semel unus in anno
 mensis et exactis bis sex iam solibus annus.
 difficile est in idem tempus concurrere cuncta,
 unius ut signi pariter sit mensis et annus.
 <namque erit, ut mitis qui signi duxerit annum>
- 550 asperioris agat mensem; si mensis in astrum
 laetius inciderit, signum sit triste diei;
 si fortuna diem foveat, sit durior hora.
 idcirco nihil in totum sibi credere fas est,
 non annos signis, menses vertentibus annis,
- 555 mensibus aut luces, aut omnes lucibus horas,
 quod nunc illa nimis properant, nunc illa morantur,
 et modo deest aliis, modo adest, vicibusque recedit
 aut redit, atque alio mutatur tempore tempus
 interpellatum variata sorte dierum.
- 560 et quoniam docui, per singula tempora vitae
 quod quandoque genus veniat, cuiusque sit astri
 quisque annus, cuius mensis, simul hora diesque,

538 *damnavit Bentl.* horoscopon M horoscopus LG inventuros] inventores *Postg.* 539 *damnavit Br.* 540 agi ML¹ agit L²G 541 capite *Scal.* capit O 542 tradique *Scal.* tradit O 543 socia M spatia LG nascantur *Fayus* nascuntur O 544 divisas t. e. cives G 546 die L² dies L¹MG 547 solibus] mensibus *Bentl.* annus *Scal.* annum O 549 ut *Reg.* et O 549^a *inseruit Bentl.*, nisi quod ille dedit sic pro namque 550 agat F agam O 551 sit triste *Scal.* si triste O 552 sit durior *Scal.* si durior O 554 signis G signi ML 557 aliis *Scal.* alius O adest L²G est L¹M 559 variata L²G variatam M variantam L¹ post *h. v.*: quod annos unum quodque signum tribuit MG quot *cet.* L in *m.* 560 docui *Bentl.* duci O 561 veniat *Bentl.* venit O

altera nunc ratio, quae summam continet aevi,
reddenda est, quot quaeque annos dare signa ferantur.
quae tibi, cum finem vitae per sidera quaeris, 565
respicienda manet ratio numerisque notanda.
bis quinos annos Aries unumque triente
fraudatum dabit. appositis tu, Taure, duobus
vincis; sed totidem Geminorum vinceris astro.
tuque bis octonos, Cancer, binosque trientes; 570
bisque novem, Nemeaeë, dabis bessemque sub illis;
Erigone geminatque decem geminatque trientem;
nec plures fuerint Librae quam Virginis anni;
Scorpios aequabit tribuentem dona Leonem;
Centauri fuerint eadem, quae munera Cancri; 575
ter quinos, Capricorne, dares, si quattuor essent
appositi menses: triplicabit Aquarius annos
quattuor et menses vitam producet in octo.
Piscibus est Aries et sorte et finibus haerens:
lustra decem tribuent solis cum mensibus octo. 580
nec satis est annos signorum noscere certos,
ne lateat ratio finem quaerentibus aevi;
templa quoque et partes caeli sua munera norunt
et proprias tribuunt certo discrimine summas,
cum bene constiterit stellarum conditus ordo. 585
sed mihi templorum tantum nunc iura canentur;
mox veniet mixtura suis cum viribus omnis;
cum bene materies steterit percognita rerum,
non interpositis turbabitur undique membris.

585sq. cf. Firm. II 25, 3—9

564 quot L ² G quod L ¹ M	567 triente <i>Scal.</i> trientem O
569 vincis sed G vincis et M vinci set L	571 Nemeae dabis <i>Scal.</i> Nemeae dabis <i>Reg.</i> Nemeae tribues ML Nemeae tribuis G bessemque M bissemque LG
576 eet O	575 Centauri L ¹ cum Tauri G
577 appositis G	triplicabit <i>Bon.</i> triplicavit O
578 producet M ^{on} producit O	580 tribuent <i>Reg.</i> tribuet O
solis G soles ML	<i>post h. v.:</i> quod (quot) annos quaeque loca tribuant O
586 templorum tantum nunc LG nunc tantum templorum M	587 venit M
589 turbabitur G turbatur M	turbantur L

590 si bene constiterit primo sub cardine luna,
 qua redit in terras mundus nascensque tenebit
 exortum, octonos decies ducetur in annos,
 ni duo decedant. at cum sub culmine summo
 consistet, tribus hic numerus fraudabitur annis.
 595 bis quadragenos occasus dives in actus
 solis erat, numero nisi deesset olympias una;
 imaque tricenos bis fundamenta per annos
 censentur bis sex adiectis mensibus aevo.
 quodque prius natum fuerit dextrumque trigonum.
 600 hoc sexagenos tribuit duplicatque quaternos.
 quod fuerit laevum praelataque signa sequetur,
 tricenos annos duplicat, tris insuper addit.
 quaeque super signum nascens a cardine primum
 tertia forma est et summo iam proxima caelo,
 605 haec ter vicenos geminat, tris abstrahit annos.
 quaeque infra veniet spatio divisa sub aequo,
 per quinquagenas complet sua munera brumas.
 quemque locum superat nascens horoscopus, ille
 dena quater revocat vertentis tempora solis
 610 accumulaturque duos cursus iuvenemque relinquit.
 at qui praecedat surgentis cardinis oram,
 vicenos ternosque dabit nascentibus annos
 vix degustatam rapiens sub flore iuventam.
 quod super occasus templum est, ter dena remittit

591 qua *Bentl.* quo O redit] credit G tenebit G tenebat ML
 593 ni MG si L decedant L²G decidant L¹M 595 quadra-
 genos M quadragenis LG actus] annos *Br.* ortos *Bentl.*
 596 solis] solus *Bentl.* (v. 595 *legens*: quadragenis) olympias
 una *Bon.* olimpia luna LG olimpa luna M 597 imaque *Scal.*
 primaque O 599 quodque L²G quoque L¹M 601 sequetur
Reg. sequentur O 602 duplicat G duplicant ML 604 est
 et L²G et L¹M erit et *L. Muell.* venit *Br.* 605 haec *Reg.*
 nec O abstrahit G abstrahat ML annis M 606 veniet *Scal.*
 veniens O 607 per *Scal.* ter O complet *Reg.* complent O
 brumas M bruma LG 608 horoscopus M -us LG 609 dena
 ML² dona L¹G 610 reliquit G 611 praecedat G praecidit ML
 oram *ego* horam O 614 templum est *Bentl.* temptatum
 est O ter dena M dena LG hoc dena *Bentl.* ter sena *Br.*

annorum spatia et decumam tribus applicat auctam. 615
 inferius puerum interimet, bis sexque peracti
 immatura trahent natales corpora morti.

sed tamen in primis memori sunt mente notanda
 partibus adversis quae surgunt condita signa
 divisumque tenent aequo discrimine caelum, 620

quae tropica appellant, quod in illis quattuor anni
 tempora vertuntur signis nodosque resolvunt
 totumque emittunt converso cardine mundum
 inducuntque novas operum rerumque figuras.

Cancer ad aestivae fulget fastigia zonae, 625
 extenditque diem summum parvoque recessu
 destruit et quanto fraudavit tempore luces,

in tantum noctes auget; stat summa per omnis.
 tum Cererem fragili properant destringere culmo,
 Campus et in varias destringit membra palaestras, 630

et trepidum pelagus tacitas tum languet in undas.
 tunc et bella fero tractantur Marte cruenta,
 nec Scythiam defendit hiems; Germania sicca
 iam tellure fugit, Nilusque tumescit in arva.

hic rerum status est, Cancris cum sidere Phoebus 635
 solstitium facit et summo versatur Olympe.
 parte ex adversa brumam Capricornus inertem

615 decimam LG decumam // M (cetera huius versus desunt in M)
 auctam Br. auctis LG 616 inferius Bon. interius O post in-
 terius puerum in // cetera huius versus desunt in M peracti Scal.
 peractis LG 617 trahent L trahant M trahet G corpora L²G
 corpore L¹M morti ML² morque L¹ morbus G post h. v.: quae
 sint triplica signa et quas vires habeant M quae sint tripli-
 cata s. e. q. v. h. G quae sint triplicata s. e. q. h. v. L 620
 tenent L²G tenet L¹M 623 emittunt LG emutant M 626 par-
 voque LG paritoque M pariterque Jacob 628 augit G
 629 tum M tunc G cum L properant L¹M properat L²G 630 de-
 stringit Jacob destringunt LG destrigunt M 631 trepidum LG
 tepidum F templum M tacitas tum Jacob iactatum O 632
 Marte L²G morte L¹M 634 arva Scal. aura M auras LG
 635 hic Reg. huic M hinc LG rerum ML¹ iterum L²G status M
 satus L¹ situs L²G 637 adversa L²G adverso ML¹ brumam
 Reg. brumae O brumae . . . inertis Bentl.

per minimas cogit luces et maxima noctis
tempora producitque diem tenebrasque resolvit
640 inque vicem nunc damna legit, nunc tempora supplet.
tunc riget omnis ager, clausum mare, condita castra,
nec tolerant medias hiemes sudantia saxa,
statque uno natura loco paulumque quiescit.
proxima in effectum et similis referentia motus
645 esse ferunt luces aequantia signa tenebris.
namque Aries Phoebum repetentem sidera Cancri
inter principium reditus finemque coërcet,
tempora diviso iungens concordia mundo,
convertitque vices victumque a sidere brumae
650 exsuperare diem iubet et succumbere noctes,
aestivi donec veniant ad sidera Cancri.
tum primum miti pelagus consternitur unda,
et varios audet flores emittere tellus.
tunc pecudum volucrumque genus per pabula laeta
655 in venerem partumque ruit, totumque canora
voce nemus loquitur frondemque virescit in omnem.
viribus in tantum segnis natura movetur.
huic ex adverso simili cum sorte refulget
Libra diem noctemque pari cum foedere ducens;
660 tantum quod victas usque ad se vincere noctes
ex ipsa iubet ad brumae. tum tempora vincit,
tum Liber gravida descendit plenus ab ulmo
pinguiaque impressis despumat musta racemis.

655 Claud. Nupt. 65: 'vivunt in Venerem' . . .

638 ter G surgit *Bentl.* 640 supplex G 641 riget *Reg.*
figit M fugit LG 643 statque uno G stat quinto M stantque
uno L 644 in effectum *Jacob* in infectum O in in efectum C
similis G simili ML 645 luces] lunas *Br.* noctes *Scal.*
tenebris *Bentl.* diebus O *Br.* 646 namque ML iamque G
649 a sidere M ad sidera LG 651 veniat a sidere M 652
tum ML tunc G 657 viribus] vernis *Jacob* (*retinens* signis)
segnis G signis ML 658 hinc G 659 pari cum *Reg.* pari-
tur M partitur LG foedere *Reg.* foedera O ducens G ducem ML
661 iubet ad] vivet a M brumam *Scal.* tum LG cum M
vincit L²G vincat L¹M 663 despumat *Br.* despumant O

mandant et sulcis Cererem, dum terra tepore
autumni resoluta patet, dum semina ducit. 665
quattuor haec et in arte valent, ut tempora vertunt,
sic hos aut illos rerum flectentia casus
nec quicquam in prima patientia sede manere.
sed non per totas aequa est versura figuras,
omnia nec plenis flectuntur tempora signis. 670
una dies sub utroque aequat sibi tempore noctem,
dum Libra atque Aries autumnum verque figurant.
una dies toto Cancris longissima signo,
cui nox aequalis Capricorni sidere fertur.
cetera nunc urgent vicibus, nunc tempore cedunt. 675
una ergo in tropicis pars est cernenda figuris,
quae moveat mundum, quae rerum tempora mutet,
facta novet, consulta alios declinet in usus,
omnia in adversum flectat contraque revolvat.
has quidam vires octava in parte reponunt; 680
sunt, quibus esse placet decimas; nec defuit auctor,
qui primae momenta daret frenosque dierum.

664 tum *Br.* 665 dum *Reg.* cum **M** tum **L** tunc **G** ducit **M**
ducat **L**¹ ducunt **L**²**G** 666 ut **ML**²**G** et **L**¹ 668 nec quic-
quam **C** nequiquam **M** necui quiquam **L** ne cuiquam **G** *post*
h. v.: quae partes in quattuor signis tropicae sint **MG** in *m.* **L**
(in quo spatium unius lineae relictum) 669 figura **G** 670
flectuntur **ML** vertuntur **G** 671 tempore] sidere *Bentl.*
673 toto **ML** tanto **G** 674 cui **G** qui **ML** 676 cernenda **L**²**G**
gerdenda **ML**¹ 677 mutet **G** mutant **ML** 678 facta **O** fata **F**
novet *Scal.* movent **ML**¹ movens **L**²**G** 679 adversum **MG** aver-
sum **L** flectat **L**²**G** flectant **L**¹**M** revolvat **L**²**G** revolvant **L**¹**M**
680 quidam **M** quidem **L** aequidem **G** octava **L** octavam **M** oc-
tavat **G**

M. Milnili Astronomicon lib. III explicit, incipit IIII **M**, finit
liber tertius, incipit quartus **G** *nulla subscriptio in L*

LIBER QUARTUS

Quid tam sollicitis vitam consumimus annis
 torquemurque metu caecaque cupidine rerum
 aeternisque senes curis, dum quaerimus aevum,
 perdimus? et nullo votorum fine beati
 5 victuros agimus semper nec vivimus umquam?
 pauperiorque bonis quisque est, quo plura requirit,
 nec quod habet numerat, tantum quod non habet optat.
 cumque sui parvos usus natura repositat,
 materiam struimus magnae per vota ruinae
 10 luxuriamque lucris emimus luxuque rapinas,
 et summum census pretium est effundere censum.
 solvite, mortales, animos curasque levate
 totque supervacuis vitam deflere querelis.
 fata regunt orbem, certa stant omnia lege,
 15 longaque per certos signantur tempora casus.
 nascentes morimur, finisque ab origine pendet.
 hinc et opes et regna fluunt, et saepius orta
 paupertas, artesque datae, moresque creati
 et vitia et clades, damna et compendia rerum.
 20 nemo carere dato poterit nec habere negatum,
 fortunamve suis invitam prendere votis

14 Iuv. IX 32: 'fata regunt homines' 15 Claud. Rapt. II 54:
 'parvo signatur tempora cornu' 16 CIL. II 4426, XI 3273

6 quo *Scal.* qui O 9 post h. v. sequuntur vv. IV 314sqq.,
 vv. IV 10—313 in libro III post v. 399 inveniuntur LG omnia
 recte in M 10 eminus L¹ 13 deflere O ne flete *Rosberg*
 deplete *Scal.* 15 casus M¹G cursus LM² (in m.) 17 hinc
Bentl. tunc O orta V₂ ortu O 18 creati L²G creatis L¹M
 19 clades] laudes *Jacob* 20 carere dato *Bentl.* caret damno O
 21 prendere M pendere LG votis M²G vobis M¹L

aut fugere instantem. sors est sua cuique ferenda.
 an, nisi fata darent leges vitaeque necisque,
 fugissent ignes Aeneam, Troia sub uno
 non eversa viro fati vicisset in ipsis? 25
 aut lupa proiectos nutrisset Martia fratres?
 Roma casis enata foret, pecudumque magistri
 in Capitolino sanxissent fulmina monte,
 includive sua potuisset Iuppiter arce?
 captus et <a> captis orbis foret? igne sepulto 30
 vulneribus victor repetisset Mucius urbem?
 solus et oppositis clausisset Horatius armis
 pontem urbemque simul? rupisset foedera virgo?
 tresque sub unius fratres virtute iacerent?
 nulla acies tantum vicit. pendebat ab uno 35
 Roma viro regnumque orbis sortita iacebat.
 quid referam Cannas admotaque moenibus arma,
 Varronemque fuga magnum, quod vivere posset
 postque tuos, Trasimene, lacus Fabiumque morantem?
 accepisse iugum victae Carthaginis arces, 40
 speratum Hannibalem nostris cecidisse catenis
 exiliumque rei furtiva morte luisse?
 adde etiam vires Italas Romamque suismet
 pugnantem membris, adice et civilia bella

35 Claud. Poll. 374: 'inque uno . . . refulsit Roma viro'
 43 Lucan. I 2—3: 'populumque . . . in sua victrici conversum
 viscera dextra' 44sq. Iuv. X 258—288

22 sortem **M**² (*in m.*) sua cuique *Scal.* vacuique **LG** va/
 que **M** sua culpa *Reg. Bon.* 23 an *Bentl.* ad **M**¹**L**¹ at **M**² (*in*
*m. L*²) aut **G** 24 fugissent **M** fulsissent **LG** 26 proiectos **M**
 27 enata **ML** et nata **G** 28 Capitolino . . . monte *Br.* Capi-
 tolinos . . . montes **O** sanxissent *Br.* auxissent **O** fulmina
Huet. flumina **O** 30 <a> *Scal.* captis **G** capitis **ML** 31 Mu-
 cius urbem] iuvenis orbem **M** Mutius orbem **L**¹ Mutius urbem **L**²**G**
 32 et] et in **L**¹ 33 pontem **MG** montem **L** 36 iacebit **M**
 38 fuga *Bentl.* pugum **O** quod *Bentl.* quam **O** posset *Jacob*
 possit **O** 39 ante v. 38 collocavit *Jacob* Trasimene **L** Thar-
 symenne **M** Tasimene **G** 42 rei **G** rogi **M** regi **L** 43 vires
 Italas **G** Italas acies **M** Italas **L**¹ Italas vires **L**² Italicas vires **L**³
 44 adice **ML**¹**G** adice et **L**² (*ss. et inter civilia et bella*)

45 et Cimbrum in Mario Mariumque in carcere victum.
 quod consul totiens exul, quod de exule consul
 adiacuit Libycis compar iactura ruinis
 eque crepidinibus cepit Carthagini urbem,
 hoc nisi fata darent, umquam fortuna tulisset?
 50 quis te Niliaco periturum litore, Magne,
 post victas Mithridatis opes pelagusque receptum,
 et tris emenso meritos ex orbe triumphos,
 cum iam etiam posses alium componere Magnum,
 crederet, ut corpus sepeliret naufragus ignis,
 55 eiectaeque rogam facerent fragmenta carinae?
 quis tantum mutare potest sine numine fati?
 ille etiam caelo genitus caeloque receptus,
 cum bene compositis victor civilibus armis
 iura togae regeret, totiens praedicta cavere
 60 vulnera non potuit toto spectante senatu,
 indicium dextra retinens, nomenque cruore
 delevit proprio, possent ut vincere fata.
 quid numerem eversas urbes regumque ruinas?
 inque rogo Croesum, Priamumque in litore truncum,
 65 cui nec Troia rogas? quid Xerxem maius et ipso
 naufragium pelago? quid capto sanguine regem
 Romanis positum? raptosque ex ignibus ignes
 cedentemque viro flamman, qui templa ferebat?

47 Lucan. II 91—92: 'solacia fati Carthago Mariusque tulit'

55 Lucan. VIII 755: 'collecta procul laceratae fragmenta carinae'

59 Lucan. IX 238—239: 'sub iura togati civis eo'

45 Cimbrum **ML**² Cimbium **L**¹ Cymbrum **G** Cinnam *Bentl.*
 carcere] Caesare *Bentl.* 46 quod de exule *Bentl.* quod exule
ML¹ quodque exule **G** quot et exule **L**² 47 adiacuit **ML**¹**G** at
 iacuit **L**² 48 eque *Scal.* seque **O** urbem *Scal.* orbem **M** ar-
 ces **LG** 49 umquam **M** numquam **LG** 53 posses **L**² posset
ML¹**G** componere **LG** coponere **M** cognoscere **C** 55 eiectae-
 que *Scal.* (a)eiectaeque **O** 58 victorum vilibus **M**¹ victorum
 vilis **M**² 59 iuro togae regerit **L**¹ iurato gaere gerit **M**
 61 indicium **V**₂ inditium **LG** iudicium **M** 63 orbes **M** 65 quid
 Xerxem maius **L**² quid xerxema ius **ML**¹ quid Xerxe maius **G**
 66 quid **M** quod **LG** 68 quae *Bentl.*

quot subitae veniunt validorum in corpora mortes
 seque ipsae rursus fugiunt errantque per ignes? 70
 ex ipsis quidam elati rediere sepulcris;
 atque his vita duplex, illis vix contigit una.
 ecce levis perimit morbus graviorque remittit;
 succumbunt artes, rationis vincitur usus:
 cura nocet, cessare iuvat, mora saepe malorum 75
 dat causas, laeduntque cibi parcuntque venena.
 degenerant nati patribus vincuntque parentes
 ingeniumque suum retinent; transitque per illum,
 ex illo fortuna venit. furit alter amore
 et pontum transnare potest et vertere Troiam; 80
 alterius frons est scribendis legibus apta.
 ecce patrem nati perimunt, natosque parentes,
 mutuaque armati coeunt in vulnera fratres.
 non nostrum hoc bellum est; coguntur tanta moveri
 inque suas ferri poenas lacerandaque membra. 85
 quod Decios non omne tulit, non omne Camillos
 tempus et invictum devicta morte Catonem,
 materies in rem superat, sed lege repugnat.
 et neque paupertas breviores excipit annos,
 nec sunt immensis opibus venalia fata; 90
 sed rapit ex tecto funus fortuna superbo
 indicitque rogum summis statuitque sepulcrum.
 quantum est hoc regnum, quod regibus imperat ipsis!
 quin etiam infelix virtus et noxia felix,
 et male consultis pretium est, prudentia fallit, 95
 nec fortuna probat causas sequiturque merentis,
 sed vaga per cunctos nullo discrimine fertur.

82 Lucan. II 149: 'nati maduere paterno sanguine'

69 quot] quod ML²G quo L¹ in om. L¹ 72 contingit M
 73 morbis L¹ 76 dat L²G dant ML¹ 79 exilio M 80 trans-
 nare ML¹G tranare L² 84 moveri G moventur ML 86 omne
 L²G mone L¹M 87 invictum devicta F invicta devictum O
 88 in rem] virem M lege repugnat L²G in lege repugnat L¹
 legere pugnat M 91 ex tecto Bentl. exceptos O superbo Scal.
 superbos O 96 causa ML¹

- scilicet est aliud, quod nos cogatque regatque,
 maius et in proprias ducat mortalia leges
 100 attribuatque suos ex se nascentibus annos
 fortunaque vices; permiscet saepe ferarum
 corpora cum membris hominum; non seminis ille
 partus erit: quid enim nobis commune ferisque?
 quisve in portenti noxam peccarit adulter?
 105 astra novant formas caelumque interserit ora.
 denique si non est, fati cur traditur ordo,
 cunctaque temporibus certis ventura canuntur?
 nec tamen haec ratio facinus defendere pergit
 virtutemve suis fraudare in praemia donis.
 110 nam neque mortiferas quisquam minus oderit herbas,
 quod non arbitrio veniunt, sed semine certo;
 gratia nec levior tribuetur dulcibus escis,
 quod natura dedit fruges, non ulla voluntas:
 sic hominum meritis tanto fit gloria maior,
 115 quod caelo gaudente venit; rursusque nocentis
 oderimus magis in culpam poenasque creatos.
 nec refert, scelus unde cadit; scelus esse fatendum.
 hoc quoque fatale est, sic ipsum expendere fatum.
 quod quoniam docui, superest nunc ordine certo
 120 caelestis fabricare gradus, qui ducere flexo
 tramite prudentem valeant ad sidera vatem.
 nunc tibi signorum mores summumque colorem
 et studia et varias artes ex ordine reddam.
 dives fecundis Aries in vellera lanis
 125 exutusque novis rursus spem semper habebit,

100 suo sex e M 101 permiscet] promisca et *Jacob.* 103
 quod L¹ nobis L²G novis L¹M 104 in portenti G (*man. rec.*
in m.) importent ML importans G¹ 105 ora G hora ML
 110 minus M^{on} magis O oderit] ederit V₁ 112 dulcibus G
 (*man. rec. in m.*) dulcior MLG¹ 113 non ulla G non nulla ML
 114 meritis L²G mentis L¹ eritis M fit L²G sit L¹M 115
 quod ML quo G 117 cadit ML cadat G 118 facile M
 120 flexo L²G plexo L¹M recto *Pingreus* 123 studia et va-
 rias M studii varias LG 125 novis L²G nobis ML¹

naufragiumque inter subitum censusque beatos
 crescendo cadet et votis in damna feretur;
 in vulgumque dabit fructus et mille per artes
 vellera diversos ex se parientia quaestus:
 nunc glomerare rudis, nunc rursus solvere lanas, 130
 nunc tenuare levi filo, nunc ducere telas,
 nunc emere et varias in quaestum vendere vestes,
 quis sine non poterant ullae subsistere gentes
 vel sine luxuria. tantum est opus. ipsa suismet
 asseruit Pallas manibus dignumque putavit 135
 seque in Arachneo magnam putat esse triumpho.
 haec studia et similes dicet nascentibus artes
 et dubia in trepido praecordia pectore finget
 seque sua semper cupientia vendere laude.

Taurus simplicibus dotabit rura colonis, 140
 pacandique labor veniet; nec praemia laudis,
 sed terrae tribuet partus. summittit in astris
 colla iugumque suis poscit cervicibus ipse.
 ille suis Phoebi portat cum cornibus orbem,
 militiam indicit terris et segnia rura 145
 in veteres revocat cultus, dux ipse laboris;
 nec iacet in sulcis solvitque in pulvere pectus;
 Serranos Curiosque tulit fascesque per arva
 tradidit eque suo dictator venit aratro.

148 Lucan. X 152 149 Claud. IV cons. 415: 'dictator flexit
 Serranus aratra'

126 naufragiumque inter *Reg.* inter naufragium **ML**¹**G** nau-
 fragium inter **L**² 127 cadet *Reg.* cadit **O** votis **M** vatis **L**¹
 natis **G** vates **L**² 128 vulgumque **M** iugulumque **LG** dabis **L**¹
 132 emere *Reg.* gemere **O** 136 Arachneo **M** Araneo **G** Ar/a-
 neo **L** Arachnea *Scal.* magnam **M** magna **L**¹ magnum **L**²**G**
 triumpho *Jacob* triumphum **O** 138 finget **V**₁ figum **M** figunt **L**²
 signum **L**¹**G** 139 laudem **L**¹ 140 dotabit **G** dotavit **ML**
 141 pacandique *Postg.* pacatque **M** pacatique **LG** 142 sum-
 mittit in astris *Bentl.* sumit **M** summittit in antris **L** sumi-
 tut in antris **G** summittit aratris **F** 145 segnia **L**²**G** signia **L**¹
 signa **M** 147 volvitque *Bentl.* 148 fascesque **M**²**G** facesque
M¹**L** arva **G** aura **ML**¹ auras **L**² 149 aque *L. Muell.*

- 150 laudis amor tacitae, mentes et corpora tarda
 mole valent, habitatque puer sub fronte Cupido.
 mollius e Geminis studium est et mitior aetas
 per varios cantus modulataque vocibus ora
 et gracilis calamos et nervis insita verba
 155 ingenitumque sonum; labor est etiam ipsa voluptas;
 arma procul lituosque volunt tristemque senectam;
 otia et aeternam peragunt in amore iuventam.
 inveniunt et in astra vias numerisque modisque
 consummant orbem postque ipsos sidera relinquunt;
 160 natura ingenio minor est perque omnia servit.
 in tot fecundi Gemini commenta feruntur.

Cancer ad ardentem fulgens in cardine metam,
 quam Phoebus summis revocatus curribus ambit,
 articulum mundi retinet lucisque reflectit.

- 165 ille tenax animi nullosque effusus in usus
 attribuit varios quaestus artemque lucrorum:
 merce peregrina fortunam ferre per urbes
 et, gravia annonae speculantem incendia, ventis
 credere opes orbisque orbi bona vendere posse
 170 totque per ignotas commercia iungere terras
 atque alio sub sole novas exquirere praedas
 et rerum pretio subitos componere census.
 navigat et celeris optando sortibus annos
 dulcibus usuris, aequo quoque, tempora vendit.
 175 ingenium sollers suaque in compendia pugnax.
 quis dubitet, vasti quae sit natura Leonis,
 quasque suo dietet signo nascentibus artes?
 ille novas semper pugnas, nova bella ferarum

150 *post tacitae interpunxi* 151 *fronde G¹* 152 *mollius*
Reg. mollibus O 153 *ora G hora ML* 156 *lituos G* 157 *in*
amore Bentr. in morte O 159 *postque Bentr. postquam O*
 162 *metam Bentr. victam O (etiam in M) vittam Scal.* 163 *quam]*
qua Jacob. 164 *reflectit ML² reflectet L¹ reflecti; G* 169
opus M *orbisque orbi MG orbique orbis L* 173 *celeris MG*
sceleris L 174 *aequo quoque G aequoque ML*

apparat et spolio vivit pecorumque rapinis,
 ac dabit hoc studium: postes ornare superbos 180
 pellibus et captas domibus praefigere praedas
 et pacare metu silvas et vivere victo.

sunt, quorum similes animos nec moenia frenent,
 sed pecudum membris media grassentur in urbe
 et laceros artus suspendant fronte tabernae 185
 luxuriaequae parent caedem moresque lucrentur.
 ingenium ad subitas iras facilisque recessus
 aequale et puro sententia pectore simplex.

at quibus Erigone dixit nascentibus aevum,
 apta magisterio, nodoque coërcita virgo, 190
 ad studium ducet mores et pectora doctis
 artibus instituet; nec tam compendia census
 quam causas viresque dabit perquirere rerum.
 illa decus linguae faciet regnumque loquendi
 atque oculos mentis, qua possit cernere cuncta 195
 quamvis occultis naturae condita causis.

hinc et scriptor erit velox, cui littera verbum est,
 quique notis linguam superet cursimque loquentis
 excipiat longas nova per compendia voces.
 ingenio bonus, at teneros pudor impedit annos. 200

182 Germ. Arat. 6—7

185 Lucan II 164: 'laceros artus'

179 apparat L²G apparet L¹M spolio vivit pecorumque M pecorum spolio vivitque LG 180 ac dabit hoc studium ego (cf. IV 193, 577) hoc habet hoc studium O hoc habet hic studium Fayus postes . . . superbos G (man. rec. in m.) positus . . . superbis MLG¹ 182 victo Rossberg victor O raptio Bentl. 183 sint L¹ frenent Reg. frenis O 184 pecudum M pecorum LG grassentur ML grassantur G 185 suspendant L²G suspendat L¹M 186 caenam Bentl. moresque LG mortisque M 187 recessus L²G recensensus L¹M 188 aequare L² puro Bentl. puero O 189 at G a ML dixit MLG² duxit G¹ 190 apta Bentl. opta M ora LG nodoque Scal. nudosque O 191 ducet Bentl. ducit O 194 illa V² ille O 195 mentis M menti LG qua LG qui M 198 om. M 200 ingenio Bentl. invicio O bonus L²G bonas L¹M at Bentl. ut O in vitio bona sunt, teneros p. i. a. Ellis

magnaque naturae cohibendo munera frenat.
nec fecundus erit (quid mirum?) Virgine partus.

- librantes noctem Chelae cum tempore lucis
per nova maturi post annum munera Bacchi,
205 mensurae tribuent usus ac pondera rerum
et Palamedeis certantem viribus ortum,
qui primus numeros rebus, qui nomina summis
imposuit certumque modum propriasque figuras.
hic etiam legum tabulas et condita iura
210 noverit atque notis levibus pendentia verba
et licitum sciet et vetitum quae poena sequetur,
perpetuus populi privato in limine praetor.
non alio potius genitus sit Servius astro,
qui leges Latio posuit, cum iura retexit.
215 denique in ambiguo fuerit quodcumque locatum
et rectoris egens, diriment examina Librae.

- Scorpion armavit violenta cuspide cauda,
qua, sua cum Phoebi currum per sidera ducit,
rimatur terras et sulcis semina miscet,
220 in bellum ardentis animos et Martia castra
efficit et multo gaudentem sanguine civem
nec praeda quam caede magis. quin ipsa sub armis
pax agitur: capiunt saltus silvasque pererrant,
nunc hominum nunc bella gerunt violenta ferarum,
225 nunc caput in mortem vendunt et funus harenae,

221 Lucan. II 439: 'nullas nisi sanguine fuso gaudet habere
vias' 223 Nem. Cyn. 86: 'saltus silvasque pererras'

202 quid **M** quod **LG** virgine **ML**¹ in virgine **L**²**G** *signum
interrogationis post mirum posui* 203 librantes **L**² libantes
L¹**MG** nocte Celeum **G** 205 mensurae **G** mensura et **M** men-
surae et **L** pondera **LG** tempora **M** 207 numeros **L**²**G** nume-
rus **L**¹**M** summus **L**¹ 210 noverat **L**² 211 sequetur **ML**²
sequentur **L**¹ sequatur **G** 212 limine *Reg.* lumine **O** precor **M**
214 Latio *Br.* potius **O** proprias *Bentl.* cum] quam **L**²**G**²
217 armavit *Ellis.* armati **M** armata **LG** 221 efficit et **MG** ef-
fici et **L** multo **L**²**G** multum **L**¹**M** 223 pererrant **L**²**G** per-
arant **ML**¹ peragrunt *Ellis* 224 violentia ferrum **M** 225 fu-
nus *Reg.* finis **O**

atque hostem sibi quisque parat, cum bella quiescunt.
sunt, quibus et simulacra placent et ludus in armis —
tantus amor pugnae — discuntque per otia bellum
et quodcumque pari studium producit arte.

at quibus in bifero Centauri corpore sors est 230
nascendi concessa, libet subiungere currus

ardentis et equos ad mollia ducere frena
et totis armenta sequi pascentia campis;
quadrupedum omne genus positis domitare magistris,
exorare tigris rabiemque auferre leoni 235

cumque elephante loqui tantamque aptare loquendo
artibus humanis varia ad spectacula molem.

quippe ferae mixtum est hominis per sidera corpus
impositumque manet; quocirca regnat in illas.

quoque intenta gerit curvato spicula cornu, 240

et nervos tribuit membris et acumina cordi

et celeres motus nec delassabile pectus.

Vesta tuos, Capricorne, fovet penetralibus ignes.

hinc artes studiumque trahis; nam quicquid in usus
ignis eget poscitque novas ad munera flammam, 245

sub te censendum est: scrutari caeca metalla

depositas et opes terramque exurere venis,

materiamque manu certa duplicarier arte,

quicquid et argento fabricetur, quicquid et auro,

quod ferrum calidi solvant atque aera camini, 250

consummentque foci Cererem, tua munera surgent.

addis et in vestes studium mercemque fugacem,

227 Claud. IV cons. 539: 'simulacraque Martia ludis' 228
Lucan. I 21: 'tantus amor belli'

228 pugnae G pugnae est L pugna est M 233 et] e L¹
234 magistros L¹ 238 mixta L¹ 239 impostumque M
regnet L¹ 240 quoque O quodque F quaque *Bech.* 243 Vesta
tuos] vastat vos L¹ restat vos M 244 trahis F trahit O
245 eget ML¹ agit L²G munera L²G numera M flumina L¹
248 duplicarier F duplicari et O duplicare repertam *Haupt*
versum damnaverunt Scal. et Bentl. 250 ferrum] fretum L
calidi G calidis ML 251 consummentque *Huet.* consument-
que O

frigore brumalem servans per saecula sortem,
 qua retrahis ductas summa ad fastigia noctis
 255 nascentemque facis revocatis lucibus annum.
 hinc et mobilitas rerum mutataque saepe
 mens natat; et melior iuncto sub pisce senecta est,
 pars prior at Veneri mixto cum crimine servit.

ille quoque, inflexa fontem qui proicit urna,
 260 cognatas tribuit iuvenalis Aquarius artes:
 cernere sub terris undas, inducere terris
 ipsaque conversis aspergere fluctibus astra
 litoribusque novis per luxum illudere ponto
 et varios fabricare lacos et flumina ficta
 265 et peregrinantes domibus suspendere rivos.
 mille sub hoc habitant artes, quas temperat unda,
 269 [quae per aquas veniunt operum pontisque sequuntur].
 267 quippe etiam mundi faciem sedesque movebit
 268 sidereas caelumque novum versabit in orbem.
 270 mite genus, dulcesque fluunt ad sidera partus;
 pectora nec sordent, faciles in damna feruntur;
 nec deest, nec superest census: sic profluit urna.

ultima quos gemini producunt sidera Pisces,
 his erit in pontum studium, vitamque profundo
 275 credent et puppes aut puppibus arma parabunt,
 quicquid et in proprios pelagus desiderat usus.
 innumerae veniunt artes; vix nomina rebus
 sufficiunt; tot sunt parvae quoque membra carinae.
 adde gubernandi studium. pervenit in astra

253 frigore L²G frigora L¹M saecula] sidera Scal. 256 hinc
 Scal. hic O mobilitas M nobilitas LG mutataque Reg. mutua-
 taque O 257 iuncto Br. iuncta O 258 at Scal. et ML²G
 om. L¹ Veneri] ventri M 259 illa L¹ 260 iuvenalis ML¹
 iuvenilis L²G 264 lacos M lacus LG 269 post 266 posuit
 Scal., post 260 Br., post 265 mutato quae in qui Immisch
 sequuntur Fayus sequentur O versus damnavit Bentl. 270
 mite L²G mitte L¹M ad sidera] ab sidere Scal. 272 urna L²G
 orna L¹M 275 et ML in G puppes . . . puppibus G pupes . . .
 pupibus ML 278 quoque] quot Scal. 279 in om. L¹

et pontum caelo vincit, sed noverit orbem 280
 fluminaque et portus, mundum ventosque necesse est.
 iamque huc atque illuc agilem convertere clavum
 et frenare ratem fluctusque effindere rectos,
 aut remis agere et lentas inflectere tonsas;
 quin placidum ductis everrere retibus aequor 285
 litoribusque suis populos exponere captos
 aut uncos celare cibus aut carcere fraudem;
 navalis etiam pugnas, pendentia bella
 attribuunt pelagique infectos sanguine fluctus.
 fecundum genus est natis et amica voluptas 290
 et celeres motus mutataque cuncta per aevum.
 hos tribuunt mores atque has nascentibus artes
 bis sex materia propria pollentia signa.
 sed nihil in semet totum valet; omnia vires
 cum certis sociant signis sub partibus aequis 295
 et velut hospitio mundi commercia iungunt
 conceduntque suas partis reddentibus astris.
 [quam partem Graiae dixere decania gentes]
 a numero nomen positum est, quod partibus astra
 condita tricenis triplici sub sorte feruntur 300
 et tribuunt denas in se coëuntibus astris,
 inque vicem ternis habitantur singula signis.
 sic altis natura manet consaepa tenebris,

288 Claud. Gild. 474: 'pendula bella' 292sq. cf. Firm. II
 4, 1—2 296 Claud. Rapt. I 91: 'geminoque facis commercia mundo'

280 vincit sed *Bentl.* vincit et O vinxit set *L. Muell.* 281
 mundum ML¹ mundi L²G ventosque MG ventusque L 282 illuc
 agilem *Susius* (cf. V 62) illuc aligem G huc caliginem L huc
 caligine M 283 effindere L² effundere L¹MG 284 remis ML
 remos G agere ML agitare G 285 quin *Br.* quid O ever-
 rere M evertere LG 287 iuncos M 289 fluctus *Reg.* luctus O
 290 natis ML¹ nautis L²G voluptas L²G¹ voluntas ML¹G²
 293 *post h. v.:* decania M 294 in semet totum LG in totum
 semet M 297 reddentibus *ego* retinentibus O 298 Graiae
Bentl. deganae ML¹ decanae L²G Danaae *Postg.* decimam *Scal.*
 decania *Scal.* decanica O *versum expunxit Br.* 299 a G
 an ML nomen G numen ML 302 singula *Bentl.* sidera O
 303 alii G consaepa *Scal.* conspecta O

- et verum in caeco est multaque ambagine rerum.
 305 nec brevis est usus, nec amat compendia caelum,
 verum aliis alia opposita est et fallit imago
 mentiturque suas vires et nomina celat.
 quae tibi non oculis, alta sed mente fuganda est
 caligo, penitusque deus non fronte notandus.
 310 nunc quae sint coniuncta quibus quove ordine reddam,
 ne lateant aliae vires aliena per astra.
 namque Aries primam partem sibi vindicat ipsi,
 altera sors Tauro, Geminis pars tertia cedit.
 sic in ter denas divisum ducitur astrum
 315 totque dabit vires, dominos quocumque recepit.
 diversa in Tauro ratio est; nec parte sub ulla
 censetur. Cancro primam mediamque Leoni,
 extremam Erigonae tribuit. natura per astrum
 stat tamen et proprias miscet per singula vires.
 320 Libra decem partes Geminorum prima capessit,
 Scorpius adiunctas, Centauri tertia pars est.
 nec quisquam numero discernitur; ordine cedit.
 Cancer in adversum Capricorni dirigit astrum
 bis quinas primum partes dignatus in illo
 325 temporis articulo, sub quo censetur et ipse,
 quod facit aequales luces brumalibus umbris,
 cognatamque gerit diverso in cardine legem.
 alterius partis perfundit Aquarius ignes,
 quem subeunt Pisces extremo sidere Cancrī.
 330 at Leo consortis meminit sub lege trigoni
 Lanigerumque ducem recipit Taurumque quadrato

304 caeco M caeno LG multa G 308 alta Reg. alia O
 312 vindicat L 313 post h. v. sequuntur III 400—682, deinde
 IV 1—9 tum IV 314sq. in LG (notis in m. genuinus ordo re-
 stitutus) 314 in ter denas Scal. inter denas M inter densas LG
 ducitur Scal. dicitur O 316 ulla Bentl. illa O 318 Erigo-
 nae Reg. Erigonem M Erigonem L trigone G 321 adiunctas
 Bentl. adiuncta O pars est Scal. partes O (s in ras. L) 322
 quicquam L¹ decernitur G cedit] an cedunt? ego 325 cen-
 setur MG cessetur L 326 umbris Reg. undis O 328 perfun-
 dit L²G perfundet L¹M ignem G 330 sublegit G 331 recepit M

coniunctum sibi; sub Geminis pars tertia fertur;
 hos quoque contingit per senos linea flexus.
 praecipuum Erigone Cancro concedit honorem,
 cui primam tribuit partem; vicina relicta est 335
 vicino, Nemeaee, tibi; pars ipsius una est,
 quae fastidito concessa est iure potiri.
 sed Libra exemplo gaudet pariterque regentem
 noctes atque dies diverso in tempore secum
 Lanigerum sequitur; veris iuga temperat ille, 340
 haec autumnalis componit lancibus horas.
 nulli concedit primam traditque sequenti
 vicinam partem; Centauri tertia summa est.
 Scorpios in prima Capricornum parte locavit;
 alterius dominum fecit, cui nomen ab undis; 345
 extremas voluit partes sub Piscibus esse.
 at qui contento minitatur spicula nervo,
 Lanigero primas tradit sub iure trigoni
 et medias Tauro partis Geminisque supremas.
 nec manet ingratus Capricornus crimine turpi, 350
 sed munus reddit Cancro recipitque receptus
 principiumque sui donat; coniuncta Leonis
 regna ferunt, summas partis sed Virginis esse.
 fontibus aeternis gaudens urnaque fluenti
 iura sui Librae permittit prima regenda; 355
 haerentisque decem partis Nepa vindicat ipsi;
 summas Centaurus retinet iuvenale per astrum.
 iam superant gemini Pisces, qui sidera claudunt.

333 his G coniungit *Scal.* senas G flexus MG flexos L
 334 principium L¹ 335 cui M cum LG primam tribuit M tri-
 buit primam LG 336 ima *Scal.* 338 exemplo *Reg.* ex-
 templo O 340 veris *Bon* verbis O iura L¹ 341 haec L¹
 hec M hac L² hic G lancibus *Fayus* lucibus M lucidus LG
 horas] umbras *legendum, si lucibus retinemus* 342 traditque
 L²G traditque L¹ trahitque M 343—344 post 348 collocantur
 in O 345 fecit cui nomen M cui nomen fecit LG 347 at
 qui L²G atque L¹ atque in M 350 ingrati M 352 princi-
 pium G Leonis *Scal.* leoni O 353 sed *Br.* et O 356 Nepa
Reg. nota O 357 iuvenale ML¹ iuvenile L²G

Lanigero primos tradunt in finibus usus,
 360 perque decem medias partes tu, Taure, receptus;
 quod superest, ipsi sumunt; utque orbe feruntur
 extremo, sic et sortis pars ultima cedit.
 haec ratio reteggit latitantis robora mundi
 in plurisque modos repetitaque nomina caelum
 365 dividit et melius sociat, quo saepius, orbem.
 nec tua sub titulis fallantur pectora notis;
 dissimulant, non ostentant mortalibus astra.
 altius est acies animi mittenda sagacis,
 inque alvo quaerenda manent, cunctisque sequendum
 370 viribus. et cuius signi quis parte creatur,
 eius habet mores atque illo nascitur astro.
 talis per denas sortes natura feretur.
 testis erit varius sub eodem sidere fetus,
 quodque in tam multis animantium milibus, uno
 375 quae veniunt signo, tot sunt quot corpora mores,
 et genus externum referunt aliena per astra,
 confusique fluunt partus hominum atque ferarum;
 scilicet in partis iunguntur condita pluri
 diversasque ferunt proprio sub nomine leges.
 380 nec tantum lanas Aries nec Taurus aratra
 nec Gemini musas nec merces Cancer amabit,
 nec Leo venator veniet nec Virgo magistra,
 mensuris aut Libra potens aut Scorpius armis
 Centaurusque feris, igni Capricornus, et undis
 385 ipse suis Iuvenis geminique per aequora Pisces;

359 Lanigeros G 361 utque *Bentl.* atque L²G quae ML¹
 363 latitantis M latrantis L²G latrantes L¹ 364 repetitaque L²
 repetit atque L¹MG nomina LM omine G 366 pectora MG
 pectore L notis G nodis ML 367 ostentant *Jacob* ostentur O
 se ostentant *Bentl.* ostendunt *Reg.* 369 alvo *Br.* alio O alto
Scal. quaerenda GC quaerendo ML manent *Scal.* manet F mala
 quid M mali qd ē (quod est *in ras.*) L mali G cunctisque L
 cunctis G iunctisque MC 375 quae veniunt L¹MG quaeve
 ruunt L² corpora M corpore LG 378 partis L¹M partes L²
 partus G 380 arata G 381 amabit *Reg.* amavit O 384 feris,
 igni L² feri signi L¹G seri signi M 385 suis *Reg.* tui O tuis
Ellis

mixta sed in pluris sociantur sidera vires.
 multum, inquis, tenuemque iubes me ferre laborem
 rursus et in magna mergis caligine mentem,
 cernere cum facili lucem ratione viderer.
 quod quaeris, deus est; conaris scandere caelum 390
 fataque fatali genitus cognoscere lege
 et transire tuum pectus mundoque potiri.
 pro pretio labor est; nec sunt immunia tanta.
 nec mirere viae flexus rerumque catenas.
 admitti potuisse sat est. sint cetera nostra; 395
 at nisi perfossis fugiet te montibus aurum,
 obstatique suis opibus superaddita tellus.
 ut veniant gemmae, totus transibitur orbis,
 nec lapidum pretio pelagus cepisse pigebit.
 annua solliciti consument vota coloni, 400
 et quantae mercedis erunt fallacia rura!
 quaeremus lucrum, naves Martemque sequemur
 in praedas. pudeat tanto bona velle caduca!
 luxuriae quoque militia est, vigilatque ruinis
 venter, et ut pereat, suspirant saepe nepotes. 405
 quod caelo dabimus, quantum est, quo veneat omne!
 impendendus homo est, deus esse ut possit in ipso.
 hac tibi nascentum mores sunt lege notandi.
 nec satis est signis dominantia discere signa
 per denos numeros, et quae sint insita cuique; 410
 sed proprias partes ipsas spectare memento
 vel glacie rigidas, vel quas exusserit ignis,

398 Lucan. X 156: 'luxus toto quaesivit in orbe' 409sqq.
 cf. Firm. IV 22, 2sqq.

387 multum *Reg.* vultum LG vultu M 388 post 396 collo-
 cant O 394 nec LG ne M 396 nisi] non G 398 gemi-
 nae L transibunt M 400 consument M consummant L con-
 sumant G 401 fallacia LG sollacia M rura ML² ruris L¹G
 402 quaeremus LG quae renuis M navem L¹ sequuntur M
 404 militia ML² malicia L¹ malitia G ruinis] culinibus *Bentl.*
 405 pereas *Br.* 406 quod caelo LG quid caelo M quo MG
 quod L veneat *Scal.* veniat O 412 glacie MG glacies L
 quae M exusserit M^{en} exusserat LG sexus erat M igni L¹

et sterilis utroque tamen, quas largior umor,
 quasque minor rivus fovit; namque omnia mixtis
 415 viribus et vario consurgunt sidera textu.
 est aequale nihil. terrenos aspice tractus
 et maris atque artis fugientia flumina ripis:
 crimen ubique frequens, et laudi noxia iuncta est.
 sic sterilis torrens laetis intervenit arvis,
 420 ac subito rumpit parvo discrimine fetus.
 et modo portus erat pelagi, iam vasta Charybdis,
 laudatque cadit post paulum gratia ponti.
 et nunc per scopulos, nunc campis labitur amnis
 aut faciens iter aut quaerens curritve reditve.
 425 sic etiam caeli partes variantur in astris.
 ut signum a signo, sic a se discrepat ipsum
 momentoque negat vires usumque salubrem,
 quodque per has geritur partes, sine fruge creatur
 aut cadit aut multis sentit bona mixta querelis.
 430 hae mihi signandae proprio sunt carmine partes.
 sed quis tot numeros totiens sub lege referre,
 tot partes iterare queat, tot dicere summas
 per partis causas? faciem mutare loquendi
 incipimus, si verba piget? sed gratia deerit,
 435 in vanumque labor cedit, quem despicit auris.

435 Lucan. II 663: 'cedit in immensum cassus labor'

413 sterilis] sceleris M tamen] modo *Bentl.* tumet *Jacob*
 quas] qua *Br.* 414 quasque *Scal.* quaque O minor rivus
 fovit *ego dubitanter* minor ibi fovit M minoribus (ovit ss.) L
 minor $\frac{1}{2}$ G¹ minor iam sucus obit G (*man. rec.*) minor ros vivus
 obit *Rossberg* 417 atque artis *ego* eque artis *Bech.* et partis
 ML¹G et partes L² et notis F fugientia M fulgentia LG
 419 torrens *Immisch* terris O torres *Haupt* arvis] annus *Scal.*
 (terris *retinens*) 421 vasta M facta LG 422 gratia ponti ML²
 gra xpi (= *gratia Christi*) L¹G 423 labitur L²G lavitur L¹M
 424 curritve *Barth.* uritve O 426 a (*prius*) om. M sit L¹
 427 neget L usumque M utrumque L victumque G salubre L²
 432 dicere M discere LG summas L²G summis L¹M 433 per
 partis L²G per patris L¹M 434 incipimus *Bentl.* incidimus O
 si G sit L sic M

sed mihi per carmen fatalia iura ferenti
 et sacros caeli motus ad iussa loquendum est;
 nec fingenda datur, tantum monstranda figura;
 ostendisse deum nimis est, dabit ipse sibimet
 pondera. nec fas est verbis suspendere mundum. 440
 rebus erit maior; nec parva est gratia nostri
 oris, si tantum poterit signare canenda.
 accipe damnandae quae sint per sidera partes.

Lanigeri pars quarta nocet, nec sexta salubris;
 septima par illi ac decuma a decumaque secunda. 445
 quaeque duas duplicat summas septemque novemque,
 unaque viginti numeris pars addita laedit
 et quinta, et duram consummat septima partem.

Tauri nona mala est, similis cui tertia pars est
 post decumam, nec non decumae pars septima iuncta; 450
 bisque undena notans et bis duodena nocentes,
 quaeque decem trisque ingeminat fraudatque duobus
 triginta numeros; et tu, tricesima, summa es.

pestifera in Geminis pars prima et tertia signis,
 septima non melior, ter quinta et noxia pars est, 455
 unaque bis denis brevior nocet unaque maior;
 et similis noxae veniet vicesima quinta,
 cumque duae subeunt, vel cum se quattuor addunt.

nec Canceri prima immunis nec tertia pars est
 nec sexta; octava est similis, decumaque peracta 460
 prima rabit; nec ter quintae clementior usus.

436 carnem L¹ 438 fingenda L² singenda M signanda L¹G
 440 nec fas L² nefas L¹MG 442 canendi L¹ 445 par Benth.
 pars O decuma a decumaque Heringa decumaeque decumae
 ML¹ decuma decumaeque L²G 447 laedit Scal. laudet ML
 gaudet G 448 quintam L¹ 449 cui Jacob quo O 450
 iuncta Scal. iuncta est O 451 notans Housm. nocens O
 452 quaeque L²G quemque L¹M fraudatque Scal. fraudat ML¹
 fraudata L²G 453 et tu L et tri M ec tum G es Jacob est O
 455 quinta et Br. quina et O quinae Scal. pars] par Scal.
 460 octava est similis Benth. octavae similis O decumaque per-
 acta Benth. decumaeque peracta LG secum seque peracta M
 461 rabit Benth. rapit O quintae ML quinae G

septima post decimam luctum et vicesima portat
et quinta accedens et septima nonaque summa.

tu quoque contactu primo, Nemeae, timendus
465 et quarta sub parte premis; bis quinta salubri
terque caret caelo, vicesima et altera laedit,
et tribus appositis vitium totidemque secutis,
ultima nec prima melior tricesima pars est.

Erigonae nec pars prima est nec sexta nec una
470 ad decumam nec quarta nec octava utilis umquam.
proxima viginti numeris et quarta timendae,
et quae ter decumam claudit sors ultima partem.

at quinta in Chelis et septima inutilis aestu,
tertia et undecimae et decimae quae septima iuncta est,
475 quartaque bis denis actis et septima et ambae,
quae numerum claudunt, nona et tricesima partes.

Scorpius in prima reus est, cui tertia par est
et sexta et decuma et quae ter <tibi> quinta notatur,
undecimam geminans, et quae vicesima quinta est,
480 octavoque manet numero nonumque capessit.

si te fata sinant, quartam ne selige partem
Centauri; fuge et octavam; bis sexque peractis
octo bis aut denis metuendus dicitur aër,
cumque iterum duodena refert aut terna decemque
485 aut septena quater, vel cum ter dena figurat.

nec pars optanda est Capricorni septima; nona

463 accedens et L²G accedens L¹M 464 contactu *Reg.* con-
tractu O Nemeae] Nemeae O 465 premis L²G primis L¹M
salubri *Reg.* salubris O 467 et] e G vitium *Bentl.* victum O
470 a decuma M 472 claudit LG cludit M 473 post 474
collocant O at V^{en} et O aestu MG estu L esto *Scal.* 474 ter-
tia septima *Bentl.* septima tertia O et septima
et undecima est decimaeque et tertia iuncta est M septima et
undecima est decimaeque et tertia iuncta est L *prius* est om. G
476 claudunt LG cludunt M non extricesima L¹ 477 par
Scal. pars O 478 quae ter <tibi> quinta *Bech.* quater quinta
ML quae ter quinta G 479 undecimam L undecima MG
480 octavoque *Scal.* octavoque O nonumque M notumque LG
482 Centauri M Centaurum LG sex M 485 figurat L² figu-
rant L¹MG 486 nona *Bentl.* nonae LG novae M

consentit, decumamque sequens quam tertia signat,
et tribus aut una, quae te, vicesima, fraudat,
quaeve auget quinto numero vel septima fertur.

<pars est prima nocens fundentis semper 'Aquari> 489^a
tertiaque et quinta et numero quae condita nono est; 491
damnanda est, decumae succedens prima peractae 490
et post viginti prima et vicesima quinta,
cumque illa quartam accumulans vicesima nona.

tertia per geminos et quinta et septima Pisces
undecima et decumae metuenda est septima iuncta, 495
et quinta in quinos numeros revocata duasque
accipiens ultra summas metuenda feretur.

hae partes sterilem ducunt et frigore et igni
aëra, vel sicco vel quod superaverit umor
[si rapidus Mavors ignis iaculatur in illum 500
Saturnus sumet glaciem Phoebusve calores].

nec te perceptis signorum cura relinquat
partibus; in tempus quaedam mutantur et ortu
accipiunt proprias vires ultraque remittunt.
namque ubi se summis Aries extollet ab undis 505
et cervice prior flexa quam cornibus ibit,
non contenta suo generabit pectora censu
et dabit in praedas animos solvetque pudorem.
tantum audere iuvat; sic ipse in cornua fertur,

505—584 cf. Firm. VIII c. 19—30

487 terna **M** 488 una **M** unam **LG** 489 quinta **G** sep-
tima **ML** sexta **G** 489^a *versum ex II 232 huc transposuit Benth.*
pars est prima nocens *Benth.* parsque marina nitens **O**
491 ante 490 collocavit *Br.* quinta et *Scal.* quinta est **O** nono
est *Scal.* non est **LG** v̄ **M** 490 succedens *Reg.* succedens **O**
493 accumulans *Scal.* accumulans **O** accumulans **C** 493 et 494
locum inter se mutarunt in M sed litteris b a ordo restitutus
498 frigori **M** 499 quo **V**₁ 500—501 damnavit *Fayus* 500 seu
rapidus *Benth.* si rapidiss mavor signis iaculatur in illum **M**
501 Saturnusve suam *Benth.* vapores *Benth.* colores **L**¹ Phoebus
veca labores **M** post *h. v.:* orientia signa quid efficiant **MG**, (*in*
m.) **L** 502 nec **LG** ne **M** relinquat **L**¹ 505 extollet *Jacob*
extollit **O** 508 solvetque **G** solvitque **MG** 509 tantum **M**
tanta **LG** audere **M** audire **LG**

- 510 ut ruat aut vincat. non illos sedibus isdem
 mollia per placidas delectant otia curas;
 sed iuvat ignotas semper transire per urbes
 scrutarique novum pelagus, totius et esse
 orbis in hospitio. testis tibi Laniger ipse,
 515 cum vitreum findens auravit vellere pontum
 orbatumque sua Phrixum per fata sorore
 Phasidos ad ripas et Colchida tergo vexit.
 at quos prima creant nascentis sidera Tauri,
 feminei incedunt. nec longe causa petenda est,
 520 si modo per causas naturam quaerere fas est.
 aversus venit in caelum divesque puellis,
 Pleiadum parvo referens glomeramine sidus.
 accedent et ruris opes, propriaque iuvenum
 dote per inversos exornat vomere campos.
 525 sed geminos aequa cum profert unda tegitque
 parte, dabit studia et doctas producet ad artes.
 nec triste ingenium, sed dulci tincta lepore
 corda creat vocisque bonis citharaeque sonantis
 instruit et dotes saltus cum pectore iungit.
 530 at niger obscura Cancer cum nube feretur,
 quae velut exustus Phoebeis ignibus ignis
 deficit et multa fuscet caligine sidus,
 lumina deficient partus, geminamque creatis
 mortem fata dabunt. se quisque et vivit et effert.

510 ut G et ML ruat L¹G ruet M ruit L² aut *Bentl.* ut M
 et LG illos *Bentl.* ullis LG ullus M isdem M idem LG
 511 delectant ML³ delucidant L¹ deludant L²G curas M curam LG
 512 ignotas . . . urbes MG ignotos . . . orbes L 514 tibi ML
 sibi G 517 tergo vexit G tergo revexit M tergo revixit L¹
 terga revexit L² 518 sidere L¹ 519 feminei *Bentl.* femi-
 nea O incedunt *Bentl.* iuceat M iacet L¹ iaceat L² iace/// G
 522 glomeramine *Gron.* glomerabile O 523 accedunt G ruris M
 rursus LG 524 dote M docte L nocte G exercet *Bentl.*
 525 cum profert M profert cum LG unda ML¹ vincla L²G
 528 vocisque G vecisque ML 529 saltus LG salius M pectine
Bentl. 531 exustus *Jacob* exustus M exustus LG extinctus F
 532 defuit G 533 partus *Bentl.* arctus ML artus G

si cui per summas avidus produxerit undas 535
 ora Leo et scandat malis hiscentibus orbem,
 ille patri natisque reus, quas ceperit ipse,
 non legabit opes censumque immerget in ipso.
 tanta fames animumque cibi tam dira cupido
 corripit, ut capiat semet nec compleat umquam 540
 inque epulas funus revocet pretiumque sepulcri.

Erigone surgens, quae rexit saecula prisca
 iustitia rursusque eadem labentia fugit,
 alta per imperium tribuet fastigia summum
 rectoremque dabit legum iurisque sacrati, 545
 sancta pudicitia divorum templa colentem.

sed cum autumnales coeperunt surgere Chelae,
 felix aequato genitus sub pondere Librae!
 iudex examen sistet vitaeque necisque
 imponetque iugum terris legesque rogabit. 550
 illum urbes et regna tremant nutuque regentur
 unius, et caeli post terras iura manebunt.

Scorpius extremae cum tollet lumina caudae,
 si quis erit stellis tum suffragantibus ortus,
 urbibus augebit terras iunctisque iuvenis
 moenia subcinctus curvo describet aratro, 555
 aut sternet positas urbes inque arva reducet
 oppida et in domibus maturas reddet aristas;
 tanta erit et virtus et cum virtute potestas.

548 Germ. Arat. IV 27: 'aequato libratae pondere Chelae'

535 cui <i>Scal.</i> qui O	537 patris natis G	538 legabit G
legavit ML censumque G	censuque ML	immerget G immergit ML
ipso ML ² ipsa L ¹ G	539 cibi <i>Scal.</i> sibi O	541 epulas M
epula LG	revocet ML ² reticet L ¹ retitet G	542 Erigone L ² G
Erigonem L ¹ Erigonen M	544 tribuet <i>Jacob</i> tribuit O	546
duorum L ¹	549 examen <i>Bentl.</i> externa M extranea L ¹ G	extrema L ²
550 rogabit L ² G	rogabis L ¹ M	551 nutuque L ²
notumque L ¹ MG	regentur ML gerentur G	553 extremae L ²
extraeme M extraneae L ² G	tollet M tollit LG	caudae MG claudit L
556 subcinctus <i>Reg.</i> subcinctis MG ¹	subcinitis L	subin-
inctis G ² describit L ¹	557 urbes L ² G	orbes ML ¹
558 red-	det L ² G	reddit L ¹ M

560 nec non Arcitenens prima cum veste resurget,
pectora clara dabit bello magnisque triumphis
conspicuum patrias victorem ducet ad arces,
altaque nunc statuet nunc idem moenia vertet.
sed nimium indulgens rebus fortuna secundis
565 invidet in facie saevitque asperrima fronti.
horrendus bello Trebiam Cannasque lacumque
ante fugam tali pensabat imagine victor.

ultimus in caudae Capricornus acumine summo
militiam in ponto dictat puppisque colendae
570 dura ministeria et vitae discrimen in undis.

quod si quem sanctumque velis castumque probumque,
hic tibi nascetur, cum primus Aquarius exit.

neve sit ad primos animus procedere Pisces:
garrulitas odiosa datur linguaeque venenum
575 verba maligna novas mutantis semper ad auris,
crimina per populum populi ferre ore bilingui.
nulla fides inerit natis, sed summa libido.
ardentem medios animum libet ire per ignes.
scilicet in piscem sese Cytherea novavit,
580 cum Babyloniacas summersa profugit in undas
[anguipedem alatos umeros Typhona ferentem].
inseruitque suos squamosis piscibus ignes.

560 resurget *Jacob* resurgit O 562 ducet G ducit L victore
ducet M¹ victō reducet M² 563 statuet G statuit ML ver-
tet G vertit ML 565 asperrima G asperima L adsperrima M
566 lacumque MG (*man. rec.*) locumque LG¹ 569 militiam L²G
militiae L¹M in *om.* G dictat *Reg.* dicat ML pubesque L¹
570 dura F dira O ministerio L¹ in undis *Jacob* inertis O
571 probumque F probumve M²L²G probumbe L¹M¹ 572 pri-
mis L¹ 573 neve sit] ne velit *Jacob* ne ferat *ego* ad *Br.*
et O primos *Scal.* primus M primis LG animus ML² *om.* L¹G
procedere ML producere G 574 venenum M^{on} moventum O
575 mutantis] musantis *Reg. Bon.* 576 populum G polum
ML ore G orbe ML 578 libet] iubet *Bentl.* iuvat *Br.* 579
novavit *Reg.* notavit O 580 Babiloniacas summersa M Babi-
lonia casum mersa L¹ Babilonias casum L² Babilonias casus G
581 alatos umeros MLG¹ alatis umeris G² *versum damnavit*
Bentl.

nec solus fuerit geminis sub Piscibus ortus;
frater erit dulcisve soror materve duorum.

nunc age diversis dominantia sidera terris 585
percipe. sed summa est rerum referenda figura.
quattuor in partes caeli describitur orbis,
nascentem lapsumque diem mediosque calores
teque, Helice. totidem venti de partibus isdem
erumpunt secumque gerunt per inania bella. 590
asper ab axe ruit Boreas, fugit Eurus ab ortu,
Auster amat medium solem, Zephyrusque profectum.
hos inter binae mediis e partibus aurae
expirant similis mutato nomine flatus.
ipsa natat tellus pelagi lustrata corona 595
cingentis medium liquidis amplexibus orbem;
inque sinus pontum recipit, qui vespero ab astro
admissus dextra Numidas Libyamque calentem
alluit et magnae quondam Carthaginis arces
litoraque in Syrtis revocat sinuata vadosas 600
rursusque ad Nilum directis fluctibus exit.
laeva freti caedunt Hispanas aequore gentis,
teque in vicinis haerentem, Gallia, terris,
Italiaeque urbes dextram sinuantis in undam
usque canes ad, Scylla, tuos avidamque Charybdim. 605
hac ubi se primum porta mare fudit, <aperto>
enatat Ionio laxasque vagatur in undas,
sed prius in laevam se effundens circuit omnem

583 solus **MG** solis **L** 584 erit **ML**¹**G** erat **L**² de partibus
terrae distributis ad signa fide universa terra et mari **M** (*in*
m.) de p. t. distributis ad s. fide u. t. et m. **G** (*post 584*), de
p. t. ad s. descriptis **L** (*in m.*) 588 lapsumque *Bon.* ipsum-
que **O** 590 gerunt *om.* **G** 591 ab axerunt **L**¹ Eurus **L**²
urus **M**²**L**¹ verus **G** curus **M**¹ 593 mediis e **L**²**G** medios e **L**¹
medios se **M** 595 natat **ML**¹ vacat **L**²**G** 597 vespero **O**
vespere **F** astro **O** atro **F** 598 admissis **L**¹ 599 alluit *Jacob*
alluit **M** abluit **LG** 600 revocat *Br.* revocans **O** vadosas *Reg.*
vadosis **O** 601 Nilum *Reg.* nihilum **O** directis **G** derectis **ML**
602 caedunt] cedunt **O** alludunt *Woltjer* 604 sinuantis **L**²**G**
sinuatis **L**¹**M** 606 hac **M** ac **LG** <aperto> *Bentl.* 607 ena-
tat **M** et natat **LG** 608 sed *ego* et **O** laevam se *Gron.* levas **O**

Italiam atque Hadriae comitatur nomine pontus
 610 Eridanique bibit fluctus; secat aequore laevum
 Illyricum Epirumque lavat claramque Corinthum
 et Peloponnesi patulas circumvolat oras;
 rursus et in laevum refluit vastoque recessu
 Thessaliae fines et Achaica praeterit arva.
 615 hinc intus iuvenisque fretum mersaeque puellae
 truditur invitum faucesque Propontidos artas
 Euxino iniungit ponto, Maeotis et undis,
 quae tergo coniuncta manet pontemque ministrat.
 inde ubi in angustas iterum se navita fauces
 620 Hellespontiacis revocatus fluctibus effert,
 Icarium Aegeumque secat laevaue nitentis
 miratur populos Asiae totidemque tropaea
 quot loca et innumeras gentes Taurumque minantem
 fluctibus et Cilicum populos Syriamque perustam
 625 ingentique sinu fugientis aequora terras,
 donec in Aegyptum redeunt curvata per undas
 litora Niliacis iterum morientia ripis.
 haec medium terris circumdat linea pontum
 atque his undarum tractum constringit habenis.
 630 mille iacent mediae diffusa per aequora terrae.
 Sardiniam in Libyco signant vestigia plantae,
 Trinacria Italia tantum praecisa recessit.
 adversa Euboicos miratur Graccia montes,
 et genetrix Crete civem sortita Tonantem;

609 atque *om.* **ML**¹ Hadriae *Br.* Hadriam **M** Adriam **LG** co-
 mitatur *Bech.* comitatus **O** pontus *Bech.* ponto **ML** pontum **G**
 610 laevum *Scal.* bellum **O** 611 lavat **G** labat **ML** 612 Pe-
 loponnesi *Reg.* Peloponensi **O** 614 Thessaliae **L**²**G** Thessaliae
 et **L**¹ Thessalia et **M** Achaica **G** Achaia **L** Athicha **M** 605
 hinc *Bentl.* hic **O** intus *Br.* pontus **O** 616 artas *Bentl.*
 apto **O** apta *Reg.* artae *Scal.* 617 iungit **G** 618 pontem-
 que **O** pontumque **M**^{on} portumque *ego* ministra **M** 622 po-
 pulos **G** populus **ML** Asiae **L**²**G** Asiae et **L**¹ Asia et **M** 623
 quot **G** quod **ML** Taurumque *Vossius* aurumque **M** arcumque **LG**
 625 fugientes **L**²**G** fugentis **M** fulgentis **L**¹ 629 habenis *Scal.*
 harenis **O** 630 diffusa **MG** diffusae **L** 634 et] est *Rosberg*
 Crete *Reg.* Creta **O**

Aegypti Cypros pulsatur fluctibus omnis. 635
 totque minora solo, tamen emergentia ponto
 litora et aequalis Cyclades Delonque Rhodonque
 Aulidaque et Tenedum vicinaque Corsica terris
 litora Sardiniae primumque intrantis in orbem
 oceani victricem Ebusum et Balearica rura. 640
 innumeri surgunt scopuli montesque per altum.
 nec tantum ex una pontus sibi parte reclusit
 faucibus abreptis orbem; nam litora plura
 impulit Oceano, potius sed montibus altis
 est vetitus, totam ne vinceret aequore terram. 645
 namque inter borean ortumque aestate nitentem
 in longum angusto penetrabilis aequore fluctus
 pervenit et patulis tum demum funditur arvis
 Caspiaque Euxini similis facit aequora ponti.
 altera sub medium solem duo bella per undas 650
 intulit oceanus terris. nam Persica fluctus
 arva tenet titulum pelagi praedatus ab isdem,
 quae rigat ipse, locis latoque infunditur ore.
 nec procul in mollis Arabas terramque ferentem
 delicias variaeque novos radicis odores 655
 leniter affundit gemmantia litora pontus,
 et terrae mare nomen habet: media illa duobus.

quondam <est> Carthago regnum sortita sub armis,
 ignibus Alpinas cum contudit Hannibal arces

635 Aegypti *Scal.* Aegyptia O pulsatur Cypros Aegyptia L²
 636 solo tamen M sola tamen LG sola et tamen *Bentl.* solo
 taceo *Dorvillius* 637 littora et equalis O praetereo Aegaeas
Bentl. mitto vel Aegaeas *Br.* 638 Aspidaque *Bech.* Aulida-
 que O 639 primum G orbem *Reg.* orbe O 640 Ebusum G
 melius usum M ebu sum usumq; L 641 innumeri L²G innu-
 merum L¹M 642 reclusit *Bentl.* reclusus O 644 Oceanus
 propius *Immisch* 647 longum M longo LG 650 per undas M
 per undae L per unde G 651 iam L¹G 652 tenet *Reg.*
 tenent O 653 rigat *Scal.* regat ML¹G regit L² ore *Bentl.* obe M¹
 orbe LGM² 656 geminantia L 658 ante h. v. lacunam sta-
 tuit *Scal.* <est> *inserui* 659 Alpinas M Albinas L¹ Alba-
 nas L²G cum contudit L²G contundit cum L¹M

660 fecit et aeternam Trebiam Cannasque sepulcris
 obruit et Libyen Italas infudit in urbes.
 huc varias pestes diversaque monstra ferarum
 concessit bellis natura infesta futuris.
 horrendos angues habitataque membra veneno
 665 et mortis pastu viventia crimina terrae
 667 in poenas fecunda suas parit horrida tellus
 666 et vastos elephantas habet saevosque leones
 et portentosos cercopum ludit in ortus
 ac sterili peior siccas infestat arenas,
 670 donec ad Aegypti ponat sua iura colonos.
 inde Asiae populi divesque per omnia tellus,
 auratique fluunt amnes, gemmisque relucet
 pontus, odoratae spirant medicamina silvae;
 India notitia maior Parthique vel orbis
 675 alter et in caelum surgentis moenia Tauri.
 totque illum circa diverso nomine gentes
 ad Tanaim Scythicis dirimentem fluctibus orbes
 Macotisque lacus Euxinique aspera ponti
 aequora et extremum Propontidos Hellespontum.
 680 hanc Asiae metam posuit natura potentis.
 quod superest Europa tenet, quae prima natantem
 fluctibus excepitque Iovem taurumque resolvit,
 ponere passa suos ignis onerique levare.

660 Trebiam M² Tribiam M¹LG 661 Italicas L² infudit L²G
 infundit L¹ infudet M 662 huc ML¹G huic L² hinc C pisces M
 665 pastu Bentl. partu O 667 ante 666 posuit Jacob, post
 668 Br. fecundas L¹ tellus Scal. bella O (quod Br. retinet)
 666 vastos L²G vastas L¹M versus eiecit Bentl. 668 cercopum
 Scal. cecropum MGL¹ cecropum L² Cyclopum Reg. Bon. 670
 ponat G ponet ML colonos L² colonis L²MG 672 geminisque G
 673 adoratae L¹ 674 Parthisque Bentl. 676 diverso Bentl.
 diviso O (cf. II 91) 677 ad Scal. at ML¹ ac L²G Tanaim Scal.
 tantam ML¹ tantum L²G Scythicis Bentl. Sciticas LG Scythi-
 cas M orbes ML urbes G 679 et extremum] ad extremumque
 Huet Rossberg 680 hanc L²G om. L¹M hic L³C 682 ex-
 cepit G 683 ponere Br. pondere O suos ignes Jacob suo
 signi LG suo sigmo M onerique LG verique M levare Br. iu-
 vavit O versus damnat Scal.

ille puellari donavit nomine litus
 et monimenta sui titulo sacravit amoris. 685
 maxima terra viris et fecundissima doctis
 urbibus: in regnum florentes oris Athenae,
 Sparta manu, Thebae divis, et rege vel uno
 princeps Pella domus, Troiani gratia belli
 Thessalia Epirosque potens vicinaque ripis 690
 Illyris et Threce Martem sortita colonum,
 et stupefacta suos inter Germania partus,
 Gallia per census, Hispania maxima belli,
 Italia in summa, quam rerum maxima Roma
 imposuit terris caeloque adiungitur ipsa. 695
 hos erit in fines orbis pontusque vocandus,
 quem deus in partes per singula dividit astra
 ac sua cuique dedit tutelae regna per orbem
 et proprias gentes atque urbes addidit altas,
 in quibus asserrerent praestantes sidera vires. 700
 ac velut humana est signis discripta figura,
 et quamquam communis eat tutela per omne
 corpus, et in proprium divisis artubus exit, —
 namque Aries capiti, Taurus cervicibus haeret,
 brachia sub Geminis censentur, pectora Cancro, 705
 te scapulae, Nemeaee, vocant teque ilia, Virgo;
 Libra colit clunes et Scorpius inguine regnat,
 et femina Arcitenens, genua et Capricornus amavit,
 cruraque defendit Iuvenis, vestigia Pisces, —
 sic alias aliud terras sibi vindicat astrum. 710
 idcirco in varias leges variasque figuras

684 illa LG litus M luctus LG 685 sui MG sub hoc L
 amoris LM honoris G 687 orbibus M 688 Thebae Scal.
 Thebas O divis et V₂ diviset LM¹ divisit L²G 689 Pella
 Jacob (cf. I 770) illa O Traiani G 691 Threce L²G hrece L¹M
 693 per M prae LG 694 Italia G Italiam ML in summa MG
 in summam L 696 hos G² hoc LMG¹ notandus Scal.
 697 per Bentl. et O 698 tutela M 701 segnis L¹ discripta
 Buecheler descripta O 702 et] ut Scal. eat L² et L¹M erat G
 703 artubus LG artibus M exit ML¹ exiit L² extet G 707
 colit L²G colet L¹M regnet L¹

- dispositum genus est hominum proprioque colore
 formantur gentes sociataque iura per artus
 materiamque parem privato foedere signant.
- 715 flava per ingentes surgit Germania partus;
 Gallia vicino minus est infecta rubore;
 asperior solidos Hispania contrahit artus;
 Martia Romanis urbis pater induit ora
 Gradivumque genus miscens bene temperat artus;
- 720 perque coloratas subtilis Graecia gentes
 gymnasium praefert vultu fortesque palaestras;
 et Syriam produnt torti per tempora crines;
 Aethiopes maculant orbem tenebrisque figurant
 perfusas hominum gentes; minus India tostas
- 725 progenerat mediumque facit moderata tenorem.
 iam propior tellusque natans Aegyptia Nilo
 lenius irriguis infuscat corpora campis;
 Phoebus harenosis Afrorum pulvere terris
 exsiccatur populos, et Mauretania nomen
- 730 oris habet titulumque suo fert ipsa colore.
 adde sonos totidem vocum, totidem insere linguas
 et mores pro sorte paris ritusque locorum;
 adde genus proprium simili sub semine frugum
 et Cererem varia redeuntem messe per urbes
- 735 nec paribus siliquas referentem viribus omnis;
 nec te, Bacche, pari donantem munere terras
 atque alias aliis fundentem collibus uvas;
 cinnama nec totis passim nascentia campis;

720—721 Lucan. VII 270—271: 'Graiiis delecta iuventus gym-
 nasiis aderit'

718 Romanis ML Romanas G urbis ML¹ orbis L² urbes G
 719 Venus *Bentl.* 721 vultu fortesque L²G vultus ortisque M²L¹
 vultus ortusque M¹ 722 et Syriam LG Cisyram M Assyriam
Br. 723 orbem *Reg.* urbem O 724 tostas L² tostis L¹MG
 726 propior LG propior M 727 lenius *Reg.* lenius LG imnis M
 728 Phoebus *Bentl.* Poenus LM Paenus G 729 Mauretania L¹
 Mauretanea M Mauritania L² Mauritanea G 731 et 732 *om.* LG
habet M 731 sonos V₂ foveas M

diversas pecudum facies propriasque ferarum
 et duplici clausos elephantas carcere terrae. 740
 quot partes orbis, totidem sub partibus orbis,
 et certis discripta nitent regionibus astra
 perfunduntque suo subiectas aethere gentes.

Laniger in medio sortitus sidera mundo
 Cancrum inter gelidumque <Caprum> per tempora veris 745
 adserit in vires pontum, quem vicerat ipse,
 virgine delapsa cum fratrem ad litora vexit
 et minui deflevit onus dorsumque levare.

illum etiam venerata colit vicina Propontis
 et Syriae gentes et laxo Persis amictu, 750
 vestibus ipsa suis haerens, Nilusque tumescens
 in Cancrum et tellus Aegypti iussa natate.

Taurus habet Scythiae montes Asiamque potentem
 et molles Arabas, silvarum ditia regna.

Euxinus Scythicos pontus sinuatus in arcus 755
 sub Geminis te, Phoebe, colit, post bracchia fratris,
 † ultimus et solidos Ganges et transcolit India Cancer.

ardent Aethiopes Cancro, cui plurimus ignis;
 hoc color ipse docet. Phrygia, Nemeae, potiris
 Idaeae matris famulus regnique ferocis 760
 Cappadocum Armeniaeque iugis; Bithynia dives

753 Lucan. IX 1002: 'Asiamque potentem' 754 Claud. IV
 cons. 258: 'mollis Arabs'

740 clausos *Reg.* causas **O** elephantas **M** elephantum **LG**
 741 quot **G** quod **LM** 742 et] ut *Scal.* discripta **ML**¹ de-
 scripta **L**²**G** regionibus *Scal.* recionibus **M** rationibus **LG**
 743 subiectis **L**¹ aethere *Scal.* aequore **O** 744 sortitus *Scal.*
 sortitur **O** 745 <Caprum> *Bentl.* veris **V**₁ verxis **O** axis *Reg.*
Bon. 746 adserit **M** arserit **LG** ipse **ML**² ipsa **L**¹**G** 748 mi-
 nuui **G** minuti **M** minuit **L** 750 et Syriae **L**² et Sirae **G** e Syriae
ML¹ Assyriae *Br.* 751 tumescens **ML**² tumescent **L**¹**G** 754
 Arabas **M** Arabes **LG** 755 Euxinus **G** Enximus **M** Euxinius **L**
 756 colit **L**²**G** colet **L**¹**M** fratrem *Br.* 757 sic in **O** ultimus et
 Ganges et te colit India Cancer **V**₁ (*pro* Cancer fortasse cuncta
legendum), ultimus et colit hos Ganges et decolor Indus *Bentl.*
 759 potiris **L** potiri **MG** 760 regnique **O** regnoque *Bentl.*
 ferocis **L**²**G** feroces **L**¹**M** feroci *Bentl.*

te colit et Macetum tellus, quae vicerat orbem.
 Virgine sub casta felix terraque marique
 est Rhodos, hospitium recturi principis orbem,
 765 tumque domus vere solis, cui tota sacrata est,
 cum caperet lumen magni sub Caesare mundi;
 Ioniae quoque sunt urbes et Dorica rura,
 Arcades antiqui celebrataque Caria fama.
 quod potius colat Italiam, si seligis, astrum,
 770 quam quod cuncta regit, quod rerum pondera novit,
 designat summas et iniquum separat aequo,
 tempora quo pendent, coeunt quo noxque diesque?
 Hesperiam sua Libra tenet, qua condita Roma
 orbis et imperio retinet discrimina rerum
 775 lancibus et positis gentes tollitque premitque
 [qua genitus Caesarque meus nunc condidit orbem]
 et propriis frenat pendentem nutibus orbem.
 inferius victae sidus Carthaginis arces
 et Libyam Aegyptique latus donataque rura
 780 Cyrenes lacrimis radiatus Scorpios armis
 eruit Italiaeque tamen respectat ad undas
 Sardiniamque tenet fusasque per aequora terras.
 Gnosia Centauro tellus circumdata ponto
 paret, et in geminum Minois filius astrum
 785 ipse venit geminus; celeris hinc Creta sagittas
 asserit intentosque imitatur sideris arcus.
 insula Trinacriae fluitantem ad iura sororem

763 marique L²G maiorisque L¹M 764 es L² recturae L¹
 765 tumque *Bentl.* tuque O 766 caperet M caperent LG
 767 quoque M quaeque LG 768 Arcades antiqui L²G Areades
 antiqui L¹M Aeolis antiqua *Br.* 769 si seligis L²G sisiligis L¹M
 773 sua M sub LG 774 imperio *Bentl.* imperia G impe-
 rium ML 775 positus G positas ML 776 Caesarque meus
 nunc condidit orbem M et L¹ (*omisso* Caesarque), cum fratre Rem-
 us hanc condidit urbem L²G *versum damnavit Bentl.* meus]
 deus *Bickel* 780 Cyrenes *Ellis* Thirrenos L¹M Thirrenas L²G
 radiatus L²G radiat L¹M radiato *Ellis* armis *Br.* arces O
 arcu *Ellis* 782 fusasque L²G fusaque L¹M 783 Centaure M
 784 Minois L²G Minuis L¹M filus L¹

subsequitur Creten sub eodem condita signo;
 proximaque Italiae, tenui divisa profundo,
 ora paris sequitur leges nec sidere rupta est. 790
 tu, Capricorne, regis, quicquid sub sole cadente
 est positum gelidamque Helicen quod tangit ab illo,
 Hispanas gentes et quot fert Gallia dives,
 teque feris dignam tantum, Germania, matrem 795
 asserit ambiguum sidus terraeque marisque
 aestibus assiduis pontum terrasque tenentem.
 sed Iuvenis nudos formatus mollior artus
 Aegyptum ad tepidam Tyriasque recedit <ad arces>
 et Cilicum gentis vicina et Aquarius arva.
 Piscibus Euphrates datus est, ubi piscis opertu, 800
 cum fugeret Typhona, Venus subsedit in undis.
 magna iacet tellus magnis circumdata ripis
 Parthis et a Parthis domitae per saecula gentes,
 Bactraque et † aeterius Babylon et Susa Panosque
 nominaque innumeris vix complectenda figuris, 805
 et Tigris et rubri radiantia litora ponti.
 sic divisa manet tellus per sidera cuncta,
 e quibus in proprias partes sunt iura trahenda.

788 Creten L² Cretens L¹ Crentens M Cremen G 789 Ita-
 liae Br. Italia et O 790 paris ML² patris L¹G sidere M si-
 dera LG est om. G 791 cadente G cadentem ML 792 est
 positum Jacob expositum ML¹G expositam L² 793 et quot
 Bentl. et quod G quod ML¹ seu quod L² 795 ambiguum L¹
 796 aestibus M astibus L¹ ictibus L² letibus G 797 nudos ...
 artus Scal. nudo ... actus ML¹ nudo ... actu L²G formatis L¹
 798 Aegyptum ad tepidam Bentl. Aegyptum alepidam ML
 Aegyptum // lepidam G <ad arces> supplevit Bentl., post le-
 pidam habet F 800 data L¹ piscis opertu Rossberg. pisces
 uruptor M piscis uruptor LG pisce sub atro Vossius 801 fuge-
 rit M 803 Parthis et a Parthis Scal. Parthis et Parthis M
 Parthi sub Parthis L¹ Parthi sed Parthis L²G 804 Bactra-
 que MG Barthraque L¹ Bacthrique L² ete aeterius M (ete ex-
 punctum), aetherios LG et interius ego et Arii Scal. Babylo-
 ne(m) O Susa Panosque F Susa Apimosque M Sispimosque G
 Suspimosque L¹ Suapimosque L² 805 innumeris M complec-
 tenda M amplectanda L¹ amplectenda L²G 808 et L

namque eadem quae sunt signis commercia servant.
 810 utque illa inter se coeunt odioque repugnant,
 nunc adversa polo, nunc et coniuncta trigono,
 quaeque alia in varios affectus causa gubernat,
 sic terrae terris respondent, orbibus orbis,
 litora litoribus, regnis contraria regna;
 815 sic erit et sedes fugienda petendaque cuique,
 sic speranda fides, sic et metuenda pericla,
 ut genus in terram caelo descendit ab alto.

percipe nunc etiam, quae sint ecliptica Graio
 nomine, quod certos quasi delassata per annos
 820 nonnumquam cessant sterili torpentia motu.
 scilicet immenso nihil est aequale sub aevo
 perpetuosque tenet flores unumque tenorem;
 mutantur sed cuncta diu variantque per annos.
 et fecunda suis subsistunt frugibus arva
 825 continuosque negant partus effeta creando.
 rursus quae fuerant steriles ad semina terrae,
 post nova sufficiunt nullo mandante tributa.
 concutitur tellus validis compagibus haerens
 subduciturque solum pedibus, natat orbis in ipso
 830 et venit Oceanus pontum sitiensque resolvit
 nec sese ipse capit. sic quondam merserat urbes,
 humani generis cum solus constitit heres
 Deucalion scopuloque orbem possedit in uno.
 nec non, cum patrias Phaethon temptavit habenas,
 835 arserunt gentes timuitque incendia caelum
 fugeruntque novas ardentia sidera flammam
 atque uno timuit condi natura sepulcro.
 in tantum longo mutantur tempore cuncta

809 servat L¹ 812 quaeque alia in L quaeque aliam M
 quaeque in G 815 sit L¹ 816 sic et O et sic V₁ 817 post
 h. v.: de eclipticis signis G de eclipticis L (in m.) de eglipicis
 signis M (in m.) 820 non umquam M 822 tenorem O co-
 lorem F 823 mutatur L¹ diu O die Gron. 828 haerens L²G
 heres ML¹ 830 venit] vomit Scal. resolvit] resorbet Scal.
 831 sese L²G se L¹M urbes L² urbe L¹M orbem G 834 pa-
 trios L² 837 timent M¹ 838 mutatur L¹ tempore M tempora LG

atque iterum in semet redeunt. sic tempore certo
 signa quoque amittunt vires sumuntque receptas. 840
 causa patet, quod, luna quibus defecit in astris,
 orba sui fratris noctisque immersa tenebris,
 cum medius Phoebi radios intercipit orbis
 nec trahit ad se tum, quo fulget, Delia lumen,
 haec quoque signa suo pariter cum sidere languent 845
 incurvata simul solitoque exempta vigore
 et velut elatam Phoeben in funere lugent.
 ipse docet titulus causas: ecliptica signa
 dixere antiqui. pariter sed bina laborant,
 nec vicina loco, sed quae contraria fulgent, 850
 sicut luna suo tum tantum deficit orbe,
 cum Phoebum adversis currentem non videt astris.
 nec tamen aequali languescunt tempore cuncta,
 sed modo in affectus totus producitur annus,
 nunc brevius lassata manent, nunc longius astra, 855
 exceduntque suo Phoebeia tempora casu.
 atque ubi perfectum est spatium, quod cuique dicatur,
 impleruntque suos certa statione labores
 bina per adversum caelum fulgentia signa,
 tum vicina labant ipsis haerentia signis, 860
 quae prius in terras veniunt terrasque relinquunt,
 sidereo non ut pugnet contrarius orbi;
 sed qua mundus agit cursus, inclinatur et ipse
 amissasque negat vires nec munera tanta

839 tempore **ML**²**G** tempora **L**¹ 841 quod *Scal.* quo **O**
 defecit in] defecerit **M** 843 medius *Bentl.* medios **O** 844 se
 tum *Scal.* coetum **M** cecum (caecum) **L**¹**G** cetum **L**² lumen **M**
 luna **LG** 845 languet **ML**¹ 846 incurvata **M**¹**L**¹ vigore **L**²**G**
 vigori **ML**¹ 847 lugent **M**² lucent **M**¹**LG** 848 ipse **M** ipsa **LG**
 titulus *Bon.* titulos **O** causas *Bentl.* causae **ML**¹ causaeque **L**²
 causae quae **G** 851 luna suo tum *Jacob* luna suo tunc **L**²**G**
 lunas votum **M** luna votum **L**¹ deficit in orbem **L**¹ 853 tem-
 pore **M** tempora **LG** 856 exceduntque **LG** seceduntque **M**
 858 impleruntque suos **G** implerumque suo **ML** 862 orbis *Br.*
 863 qua **M** quia **LG** inclinatur **L**²**G** inclinet **L**¹**M** ipse **M**
 ipsa **LG** 864 animasque **M**

- 865 nec similis reddit noxas. locus omnia vertit.
 sed quid iam tenui prodest ratione nitentem
 scrutari mundum, si mens sua cuique repugnat
 spemque timor tollit prohibetque a limine caeli?
 condit enim quicquid vasto natura recessu
 870 mortalisque fugit visus et pectora nostra;
 nec prodesse potest, quod fatis cuncta reguntur,
 cum fatum nulla possit ratione videri.
 quid iuvat in semet sua per convicia ferri
 et fraudare bonis, quae nec deus invidet ipse,
 875 quosque dedit natura oculos deponere mentis?
 perspicimus caelum; cur non et munera caeli?
 inque ipsos penitus mundi descendere census
 seminibusque suis tantam componere molem
 et partum caeli sua per nutricia ferre
 880 extremumque sequi pontum terraeque subire
 pendentis tractus et toto vivere in orbe,
 quanta et pars superest, rationem ducere nostis.
 iam nusquam natura latet; pervidimus omnem
 et capto potimur mundo nostrumque parentem
 885 pars sua perspicimus genitique accedimus astris.
 an dubium est, habitare deum sub pectore nostro
 in caelumque redire animas caeloque venire?
 utque sit ex omni constructus corpore mundus
 aetheris atque ignis summi terraeque marisque,
 890 spiritus et motu rapido, quae visa, gubernet,

865 noxas **M** *post h. v.*: fatorum rationem perspicere posse **MG**
 quomodo possimus fatorum rationem perspicere **L** (*in m.*)
 868 a limine *Scal.* e limine **L²G** lumine **L¹M** 869 condit **G**
 conditur **ML** quicquid **F** quid **M** quod **L** // quod **G** 872 fa-
 tum **ML** fatis **G** 873 quod **L¹** 876 *post h. v. lacunam statuit*
Rossberg 877 census **M** censum **LG** 879 nutricia] victri-
 cia **M¹** nicricia **M²** 880 pontum *Bentl.* portum **O** 882 et]
 ex *Ellis* ducere *Br.* discere **LG** discerne **M** nostis *Br.* noctis **O**
 discere in astris *Postg.* 889 aeris *Bentl.* terraeque **G** terra-
 que **ML** 890 spiritus *Scal.* spiritum **O** et motu *Jacob* et to-
 tum **M** et toto **LG** visa *Jacob* iussa **O** gubernet *Jacob* guber-
 nent **M** gubernant **LG**

sic esse in nobis terrenae corpora sortis,
 sanguineas[que] animas, animum, qui cuncta gubernat
 dispensatque hominem? quid mirum, noscere mundum
 si possunt homines, quibus est et mundus in ipsis,
 exemplumque dei quisque est in imagine parva? 895
 an cuiquam genitos, nisi caelo, credere fas est
 esse homines? proiecta iacent animalia cuncta
 in terra vel mersa vadis vel in aëre pendent;
 omnibus una quies venter censusque per artus,
 et, quia consilium non est, et lingua remissa. 900
 unus <in> inspectus rerum viresque loquendi
 ingeniumque capax variasque educitur artes;
 hic partus, qui cuncta regit: secessit in urbes,
 edomuit terram ad fruges, animalia cepit
 imposuitque viam ponto, stetit unus in arcem 905
 erectus capitis victorque ad sidera mittit
 sidereos oculos propiusque adspectat Olympum
 inquitque Iovem; nec sola fronte deorum
 contentus manet et caelum scrutatur in alvo
 cognatumque sequens corpus se quaerit in astris. 910
 huic in tanta fidem petimus, quam saepe volucres
 accipiunt trepidaeque suo sub pectore fibrae.
 an minus est sacris rationem ducere signis,
 quam pecudum mortes aviumque attendere cantus?
 atque ideo faciem caeli non invidet orbi 915
 ipse deus vultusque suos corpusque recludit

892 sanguineasque] -que *delevi* animum *Postg.* animo O ani-
 mi F 893 homines G¹ quod L¹ 894 in *om.* MG 894 *post*
 895 *collocat* G 896 an M^{on} aut O cuiquam] quoquam *Bon.*
 899 censusque *Jacob* censumque O 901 unus] unius *Br.*
 <in> inspectus *Bentl.* inspectus ML¹ et inspectus L²G 903 qui
 cuncta regit *Reg.* quicumque regit O secessit *Reg.* sic esset
 ML¹ si cesset L²G urbes *Bentl.* orbes ML orbe G 904 edo-
 muit MG et domuit L 905 arcem *Scal.* arce O 906 erec-
 tus MG ereptus L capitis G captis ML 907 sydereos G side-
 reosque ML *Woltjer* propiusque LG propiusque M 910 se
Scal. sit ML¹ sic L²G 911 tanta] fata *Bentl.* 912 suo] boum
Bentl. suum *Ellis* 915 adeo *Br.* 916 recludit *Reg.* re-
 cludit O

semper volvendo seque ipsum inculcat et offert,
 ut bene cognosci possit doceatque videntis,
 qualis eat, cogatque suas attendere leges.

- 920 ipse vocat nostros animos ad sidera mundus
 nec patitur, quia non condit, sua iura latere.
 quis putat esse nefas nosci, quod cernere fas est?
 nec contemne tuas quasi parvo in corpore vires;
 quod valet, immensum est. sic auri pondera parvi
 925 exsuperant pretio numerosos aeris acervos.
 sic adamas, punctum lapidis, pretiosior auro est.
 parvula sic totum pervisit pupula caelum,
 quoque vident oculi, minimum est, cum maxima cernat,
 sic animi sedes, tenui sub corde locata,
 930 per totum angusto regnat de limite corpus.
 materiae ne quaere modum, sed perspice vires,
 quas ratio, non pondus habet. ratio omnia vincit.
 ne dubites homini divinos credere visus;
 iam facis ipse deos, mittisque ad sidera numen,
 935 maius et Augusto crescet sub principe caelum.

917 volvendo semper **M** 918 possit **L²G** posset **ML¹** vide
 tis *Heringa* videndis **O** 919 eat **M** erat **LG** cogatque **M** d.
 ceatque **LG** 922 putat **O** putet **F** nosci **M** nasci **LG**
 924 quod **L²G** quo **L¹M** pondera **L²G** pondere **L¹M** 926 ad.
 mas **L²** adamans **L¹MG** punctunt **L¹** 934 facis **ML¹** facit **L²**
 mittisque **M** mittitque **LG** 935 crescet **O** crescit **F**
 explicit liber II, incipit liber III **M**, finit liber IIII, sequitur
 quintus **G** *nulla subscriptio in L*

LIBER QUINTUS

Hic alius finisset iter signisque relatis,
 quis adversa meant stellarum numina quinque
 quadriugis et Phoebus equis et Delia bigis,
 non ultra struxisset opus caeloque rediret
 ac per descensum medios percurreret ignes, 5
 Saturni Iovis et Martis solisque sub illis,
 post Venerem et Maia natum te, luna, vagantem.
 me properare viam mundus iubet omnia circum
 sidera vectatum <et> toto decurrere caelo,
 cum semel aetherios iussus conscendere currus 10
 summum contigerim sua per fastigia culmen.
 hinc vocat Orion, magni pars maxima caeli,
 et ratis heroum, quae nunc quoque navigat astris,
 fluminaque errantis late sinuantia flexus,
 et bifer et cetum squamis atque ore tremendo, 15
 Hesperidumque vigil custos et divitis auri,
 et canis in totum portans incendia mundum,
 Araque, divorum cui votum solvit Olympus;
 illinc per geminas Anguis qui labitur Arctos,
 Heniochusque memor currus, plaustrique Bootes, 20
 atque Ariadneae caelestia dona coronae,

10 Lucan. I 48: 'flammigeros Phoebi conscendere currus'
 12 Anth. Lat. I 2, 723, 1: 'magni pars maxima caeli'

1 relatis **ML** relictis **G** 4 struxisset **MG** strinxisset **L**
 5 percurreret **M** decurreret **LG** 6—7 *damnavit Benth.* 8 mun-
 di *Scal.* iubet *Reg.* libet **O** circa **M** 9 vectatum *Reg.* vec-
 tantur **O** vectantem *Br.* <et> *Benth.* 10 conscendere **MLG**³
 descendere **G**¹ 11 vestigia **G** 12/3 magni ... heroum *om.* **LG**
 13 quae **ML** qui **G** 15 bifer et *Pingreus* biferum **O** cetum
Bon. cecum **M** caecum **LG** ora **L**

victor et invisae Perseus cum falce Medusae,
 Andromedamque negans genitor cum coniuge Cepheus,
 quique volat stellatus Equus, celerique Sagittae
 25 Delphinus certans, et Iuppiter alite tectus,
 ceteraque in toto passim labentia caelo.
 quae mihi per proprias vires sunt cuncta canenda,
 quid valeant ortu, quid cum merguntur in undas,
 et quota de bis sex astris pars quaeque reducat.
 30 has stellis proprias vires et tempora rerum
 constituit magni quondam fabricator Olympi.
 vir gregis et ponti victor, cui parte relicta
 nomen onusque dedit, nec pelle immunis ab ipsa,
 Colchidis et magicas artes qui vertere Iolcon
 35 Medeam iussit movitque venena per orbem,
 nunc quoque vicinam puppim, ceu naviget, Argo
 a dextri lateris ductat regione per astra.
 sed cum prima suos puppis consurgit in ignis,
 quattuor in partis cum Corniger extulit ora,
 40 illa quisquis erit terris oriente creatus,
 rector erit puppis clavoque immobilis haerens
 mutabit pelago terras ventisque sequetur
 fortunam totumque volet transnare profundum
 classibus atque alios montes aliumque videre

23 Germ. Arat. I 184: 'cum coniuge Cepheus' 41 Firm.
 VIII 6, 1 (Navis): 'erit gubernator nauclerus navicularius'

24 quique *Fayus* quaque O 28 valeat L¹ 29 quota de
Bentl. quod ade ML¹ quod de L²G quota e V^{en} pars *Scal.* par O
 quaeque *Jacob* quemque ML quenque G 30 has *Scal.* ab O
 30 et 31 *damnavit Bentl.* 32 ponti victor ML victor ponti G
 33 honosque G 34 vertere L²G vestre L¹ visere M Iolcon
Bentl. C(h)olchon O 36 ceu F caeli O 37 ac G ductat
Immisch ducat O 39 ora L²G horas L¹ hora M 40 illa
Bentl. illis MLG² illos G¹ quisquis ML² quisque L¹G terris ML
 in terris G 41 rector] pectus L¹ puppis L²G puppim L¹ pup-
 pi M heres L¹ 42 mutabit L²G mutavit L¹M 43 trans-
 nare LM trans mare G 44 montes *Fayus* menses O *Minyas*
Bentl.

Phasin et in cautes Tiphyn superare trementem. 45
 tolle istos ortus hominum sub sidere tali,
 sustuleris bellum Troiae classemque solutam
 sanguine et appulsam terris; non invehet undis
 Persida nec pelagus Xerxes facietque tegetque,
 vera Syracusis Salamis non merget Athenas, 50
 Punica nec toto fluitabunt aequore rostra,
 Actiacosque sinus inter suspensus utrimque
 orbis et in ponto caeli fortuna natabit.
 his ducibus caeco ducuntur in aequore classes
 et coit ipsa sibi tellus totusque per usus 55
 diversos rerum ventis arcessitur orbis.
 sed decuma lateris surgens de parte sinistri
 maximus Orion magnumque amplexus Olympum,
 quo fulgente super terras caelumque trahente
 ementita diem nigras nox contrahit alas, 60
 sollertis animos, velocia corpora finget
 atque agilem officio mentem curasque per omnis
 indelassato properantia corda vigore.
 instar erit populi totaque habitabit in urbe
 limina pervolitans unumque per omnia verbum 65
 mane salutandi portans communis amicus.

50 Lucan. III 183: 'veram credi Salamina' 61sq. Firm.
 VIII 6, 2: '(Orion) facit homines veloci corporis mobilitate per-
 spicuos' 64sq. Firm. VIII 6, 2: 'variabunt semper domi-
 cilia . . . et per omnium limina matutinis semper salutationi-
 bus pervolabunt'

45 Tiphyn *Reg.* Typhim G Thiphum L Tiphum M tremen-
 tem] triremem G 46 ortus G portus L portur M partus F
 47 solutam L²G solutum L¹M 49 Persida *Vossius* per sidera ML¹
 sydera L²G Xerxes C Xerxen L¹G Xerxenus L¹M 50 vera LG
 ultra M versa *Jacob praef. XIX* 51 rostro L¹ 52 utrimque
Scal. utrumque L utrunque G ūtrunque M 53 fortuna] se-
 cura G¹ 57 sed decum] *Reines.* sed deus ma ML¹ (*in litura*)
 sed // sumā L² sed summa G 59 quo L²G quod L¹M fulgent G
 trahente L²G trahentem L¹M 60 ementita G et ment.ta ML
 alas ML aras G 62 agilem] aligem G 63 inlassato L¹
 corda vigore *Reg.* corde videre O 64 totaque M totoque LG
 habitabit L²G habitavit L¹M urbe *Scal.* orbe O

sed cum se terris Aries ter quinque peractis
partibus extollit, primum iuga tollit ab undis
Heniochus clivoque rotas convellit ab imo,
70 qua gelidus boreas aquilonibus instat acutis.
ille dabit proprium studium caeloque retentas,
quas prius in terris agitator amaverat, artes:
stare levi curru moderantem quattuor ora
spumigeris frenata lupis et flectere equorum
75 praevalidas vires ac torto stringere gyro;
at cum laxato fugerunt cardine claustra,
exagitare feros pronumque anteire volantis
vixque rotis levibus summum contingere campum,
vincentem pedibus ventos, vel prima tenentem
80 agmina in obliquum cursus agitare malignos
obstantemque mora totum praeccludere circum,
vel medium turbae nunc dextros ire per orbem
fidentem campo, nunc meta currere acuta
spemque sub extremo dubiam suspendere casu.
85 nec non alterno desultor sidere dorso
quadrupedum et stabilis poterit defigere plantas
perque volabit equos, ludet per terga volantum;
aut solo vectatus equo nunc arma movebit,
nunc leget in longo per cursum praemia circo.
90 quicquid de tali studio formatur, habebit.
hinc mihi Salmoneus (qui caelum imitatus in urbe

85 sqq. Firm. VIII 6, 3 (Auriga): 'qui saltu quadrigas trans-
eat aut <qui in> dorsostans equorum atque adprime
equo vectus militares armaturas exerceat' 91-97 Firm. VIII
6, 3: 'hoc astro (Auriga) oriente et Salmoneus et Bellerofontes
nati esse narrantur'

70 acutis] avitis M 71 retentas M retentans LG 74 spu-
migeris ML spumiferis G 75 praevalidas L²G praevalides L¹
praevalidis M torto M toto LG 76 at cum LG d(*evanidum*)
deum M sed cum Br. 81 percludere G 83 findentem G
87 perque volabit equos *Bentl.* perquo labite quos M per quos
labit equos L¹G per quos vadit equos L². ludens *Jacob* terra L¹
88 vectatur LG 89 leget *Turnebus* licet O cursum M cur-
sus LG 90 quicquid L²G quid quod L¹ quicquid M 91 imita-
tus ML imitatur G urbe M orbe LG

pontibus impositis missisque per aera quadrigis
 expressisse sonum mundi sibi visus et ipsum
 admovisse Iovem terris, dum fulmina fingit,
 sensit et immensos ignes super ipse secutus 95
 morte Iovem didicit) generatus possit haberi.
 hoc genitum credas de sidere Bellerophontem
 imposuisse viam mundo per signa volantem,
 cui caelum campus fuerat, terraeque fretumque
 sub pedibus non ulla tulit vestigia cursus. 100
 his erit Heniochi surgens tibi forma notanda.
 cumque decem partis Aries duplicaverit ortus,
 incipient Haedi tremulum producere mentum
 hirtaque tum demum terris promittere terga,
 qua dexter boreas spirat. ne crede severae 105
 frontis opus signi: strictos in corda Catonis
 abreptumque patri Torquatam et Horatia facta.
 maius onus signo est, Haedis nec tanta petulcis
 conveniunt; levibus gaudent lascivaeque signant
 pectora et in lusus agiles agilemque vigorem 110
 desudant, vario ducunt in amore iuventam;
 in vulnus numquam virtus, sed saepe libido
 impellit, turpisque emitur vel morte voluptas.

106 Firm. VIII 6, 4 (Haedus): 'sunt enim austera facie... ob-
 stinata fronte, ut Catonis [frontem ut Catonis] prorsus institu-
 tum imitari videantur' 108—114 Firm. VIII 6, 4—5: 'sunt enim
 natura petulantes, lascivi... mortem sibi inferre coguntur'

92 pontibus MG montibus I. 94 dum fulmina Vossius de
 fulmine O 97 de sidere M defidere L¹ diffidere L²G Bello-
 phontem ML¹ Bellorophontem L²G 100 interpunctionem post
 pedibus sustuli non ulla M non nulla LG cursus M cursu LG
 campum C 101 erat L¹ notanda Bentl. conanda ML¹ canen-
 da L² cananda G 103 haedi G haeduli ML 104 promittere
 ML producere G 105 ne crede M nec crede LG 106 signi]
 signo Scal. gigni Ellis strictosque M in corda Carrio incoda
 ML¹G incude L² nec crede F Catones Scal. 107 abreptumque
 Bentl. abruptumque M abruptamque LG aut Brutum atque pa-
 rem Tarquinium F 108 petulcis L²G peculcis L¹M 109 gau-
 det L¹ 110 illusus G 111 desudant L²G desidant L¹M iu-
 ventam L²G iuventae (e) ML¹ 113 morte voluptas] more libido L¹

et minimum cecidisse malum est, quia crimine victus.
 115 nec non et cultus pecorum nascentibus addunt
 pastoremque suum generant, cui fistula collo
 haereat et voces alterna per oscula ducat.
 sed cum bis denas augebit septima partes
 Lanigeri, surgent hyades. quo tempore natis
 120 nulla quies placet, in nullo sunt otia fructu;
 sed populum turbamque petunt rerumque tumultus;
 seditio clamorque iuvat, Gracchosque tenentis
 rostra volunt montemque sacrum rarosque Quirites,
 pacis bella probant curaque alimenta ministrant.
 125 immundosque greges agitant per sordida rura;
 et fidum Laërtiadae genuere syboten.
 hos generant Hyades mores surgentibus astris.
 ultima Lanigeri cum pars excluditur orbi,
 quae totum ostendit terris atque eruit undis,
 130 Olenie servans praegressos tollitur Haedos
 egelido stellata polo, quae dextera pars est,
 officio magni mater Iovis. illa Tonanti
 fundamenta dedit pectusque implevit hiantis
 lacte suo, dedit et dignas ad fulmina vires.
 135 hinc fidae mentes tremebundaque corda creantur

115sq. Firm. VIII 6, 5: 'nascuntur etiam ex hoc sidere pastores ovium, sed qui fistula rustici carminis dulces modos dicant' 118—124 Firm. VIII 6, 6 (Hyades): 'inquietus erit turbulentus popularis' cet. . . . 'sed huic varii quaestus ex assidua sollicitudine saepe nascuntur' 125sq. Firm. VIII 6, 6: 'facit etiam hoc sidus bubulcos' (an: subulcos?) 129—134 Firm. VIII 6, 7 (Capra): 'in Arietis parte XXX, quae pars totum signum . . . ostendit, exoritur Capra, quam fabulosi poetae . . . nutricia' 135—139 Firm. VIII 6, 7: 'erunt nimia mentis trepidatione solliciti' cet.

114 quia] sed *Reg.* victus *Jacob* victum **O** 119 surgunt **M**²
 natis *Reg.* nati **O** 122 Gracchosque *Reg.* Grecosque **O**
 124 curaeque] iraeque *Thom.* 126 fidum *Scal.* fidunt **O** Laërtiadae *Scal.* verciadu **M** merciadu **LG** syboten *Scal.* syboetem **O**
 Bootem **F** 128 orbi *Reg.* orbis **O** 131 egelido **M** et gelido **LG** quae **MG** que **L** qua *Jacob*; *versum damnavit Bentl.*
 132 tonandi *Br.* 135 fidae] trepidae *Skutsch* creantur **L**³**G**
 creatur **ML**¹

suspensa ad strepitus levibusque obnoxia causis.
his etiam ingenita est visendi ignota cupido,
ut nova per montis quaerunt arbusta capellae
semper et ulterius pascentes tendere gaudent.

Taurus in aversos praeceps cum tollitur artus, 140
sexta parte sui certantes luce sorores
Pleiadas ducit. quibus aspirantibus almam
in lucem eduntur Bacchi Venerisque sequaces
perque dapes mensasque super petulantia corda
et sale mordaci dulcis quaerentia risus. 145
illis cura sui cultus frontisque decorae
semper erit: tortos in fluctum ponere crines
aut vinclis revocare comas et vertice denso
fingere et appositis caput emutare capillis
punicibusque cavis horrentia membra polire 150
atque odisse virum sterilisque optare lacertos.
femineae vestes nec in usum tegmina plantis,
sed speciem, fictique placent ad mollia gressus.
naturae pudet, atque habitat sub pectore caeco

140—156 Firm. VIII 7, 1—3: 'in Tauri parte VI inveniuntur Pliades qui salsi sermonis mordacibus dictis risus hominibus concitare consueverint quorum inflexi crines torquantur (sic!) semper in bostrychos hi demptis pilis hi molliter ambulantes sed hos ambitio sollicitat' cet.

136 suspensa ad strepitus *L. Muell.* suspensas trepitus **M**²
suspensas trepidus **M**¹**LG** levibusque **M** levibus **LG** 137 etiam
ingenita est *Bentl.* etiam ingeniest **M** etiam tamen ingeniem **L**¹
etiam ingenium **L**²**G** visendi **ML** viscendi **G** 138 per montis
quaerunt *Scal* per noctisque rut (*alterum* u s. t) **M** per noctisque
ruunt **LG** pernoctes quaerunt *Cartault* 140 aversos *Scal.* ad-
versos **O** praeceps cum tollitur *Bentl.* praeceps compellitur **M**
praeceps (que) attollitur **LG** artus *ego* ortus **O** 141 luce sorores
M lucis odores **LG** 142 Pleiadas *Bentl.* Pleidas **M** Plei-
ades **L** Peliades **G** 143 eduntur *Scal.* educunt **O** 145 mordaci
G mordacis **ML** 146 frontisque decorae **L**²**G** fortisque de-
corde **L**¹ frocitisque decorde **M** 148 vinclis **V**₁ undis **O** revo-
care **L**²**G** pervocare **ML**¹ 150 punicibus **ML**² punicibus **L**¹**G**
152 nec in usum *Bentl.* nec insunt **O** 153 speciem *Bentl.*
specie **O** fictique **L**²**G** fictaeque **L**¹**M** 154 caeca *Bentl.*

155 ambitio, et morbum virtutis nomine iactant.
semper amare parum est; cupient et amare videri.

iam vero Geminis fraterna ferentibus astra
in caelum summoque natantibus aequore ponti,
septima pars Leporem tollit. quo sidere natis
160 vix alas natura negat volucrisque meatus;
tantus erit per membra vigor referentia ventos.
ille prius victor stadio quam missus abibit;
ille cito motu rigidos eludere caestus,
nunc exire levis missas, nunc mittere palmas;
165 ille pilam celeri fugientem reddere planta
et pedibus pensare manus et ludere saltu
mobilibusque citos ictus glomerare lacertis;
ille potens turba perfundere membra pilarum
per totumque vagas corpus disponere palmas,
170 ut teneat tantos orbes sibi que ipse reludat
et velut edoctos iubeat volitare per ipsum.
invigilat somnis, curas industria vincit;
btia per varios exercet dulcia lusus.

nunc Cancro vicina canam, cui parte sinistra
175 consurgunt Iugulae. quibus aspirantibus orti
te, Meleagre, colunt (flammis absentibus ustum

157—171 Firm. VIII 8, 1 (Lepus): 'ut cum currere coeperint
agitati <cursum> velocitate aves superare videantur. hunc lo-
cum . . . si Mercurius (respexerit) praestigiatores aut pilis lu-
dentes' 174—196 Firm. VIII 9, 1: 'in I parte Cancri oriuntur
Iugulae. Quibus orientibus qui natus fuerit . . . ad omne stu-
dium venationis applicatus. is retibus feras capit aut foveis
decipiet' cet. § 2 'quodsi Saturnus . . . erunt ad omne stu-
dium piscationis applicati' cet.

155 iactant L²G lactant L¹M 156 et amere M videri M vi-
dere LG 157 vero L²G om. L¹M 161 ventos M victor LG
163 motu M moritur LG 166 pensare Reg. pinsare O saltu F
fulto O folle Bentl. 167 ante 165 posuit Huet. mobilibusque
(molibusque) cito sic tuos ML¹ 168 pilarum ML pilatum G
169 vagas F vagus O 170 teneat L²G teneant L¹M ipse Reg.
ipsa O 171 edoctos L²G edictos ML¹ 176 flammis L¹
absentibus Gron. habitibus M habitantibus LG

reddentemque tuae per mortem munera matri,
 cuius et ante necem paulatim vita sepulta est)
 atque Atlanteos conatum ferre labores,
 et Calydonea bellantem rupe puellam 180
 vincentemque viros et quam potuisse videre
 virgine maius erat, sternentem vulnere primo,
 quique erat Actaeon silvis imitandus et ante
 quam canibus nova praeda fuit. ducuntur et ipsi
 retibus et claudunt campos formidine mortis 185
 mendacisque parant foveas laqueosque tenaces
 currentisque feras pedicarum compede nectunt,
 aut canibus ferrove necant praedasque reportant.
 sunt, quibus in ponto studium est cepisse ferarum
 diversas facies et cacco missa profundo 190
 sternere litoreis monstrorum corpora harenis
 horrendumque fretis in bella lacessere pontum
 et colare vagos inductis retibus amnis
 ac per nulla sequi dubitant vestigia praedas.
 luxuriae quia terra parum, fastidit et orbem 195
 venter et ipse gulam Nereus ex aequore pascit.
 at Procyon oriens, cum iam vicesima Cancro
 septimaque ex undis pars sese emergit in astra,
 venatus non ille quidem, verum arma creatis
 venandi tribuit: catulos nutrire sagacis 200
 et genus a proavis, mores numerare per urbes

197—205 Firm. VIII 9, 3 (Procyon): 'erunt quidem ipsi ab omni venationis studio separati, verum arma venatoribus aut facient aut parabunt . . . nutrient etiam canes' cet.

177 marti L¹ 179 Atlanteos *Bentl.* Atalanteos M Adlan-
 teos L Athlanteos G conatum L²G conatur M conatus L¹
 180 puellam ML capellam G 181 videre M videri LG 182
 maius ML natus G 183 quique *Postg.* quamque O quaque *Gron.*
 Actaeon] acteon tactem L¹ tactaeon M 185 campos] vastos
Bentl. mortis L²G montes ML¹ *Bentl.* 190 missa] mersa *Reg.*
 misso L¹ 191 harenis *Rein.* habetis M habenis LG 194 du-
 bitant *Scal* dubitat O 195 luxuriae *Reg.* luxuria O quia LG
 qua M fastidit et *Bech.* fastidiet O 196 pascet *Reg.* 197
 Cancro est LG 198 sese *om.* M¹L¹ 200 tribuet *Br.* 201 ur-
 bes O artes C

retiaque et valida venabula cuspide fixa
 lentaque contextis formare hastilia nodis
 et quaecumque solet venandi poscere cura,
 205 in proprios fabricare dabit venalia quaestus.
 cum vero in vastos surget Nemeaeus hiatus,
 exoriturque Canis latratque Canicula flammam
 et rabi igne suo geminatque incendia solis.
 qua subdente facem terris radiosque movente
 210 dimicat in cineres orbis fatumque supremum
 sortitur languetque suis Neptunus in undis
 et viridis nemori sanguis decedit et herbis.
 cuncta peregrinos orbis animalia quaerunt
 atque eget alterius mundus. natura suismet
 215 aegrotat morbis nimios obsessa per aestus
 inque rogo vivit; tantus per sidera fervor
 funditur atque uno ceu sunt in flumine cuncta;
 haec ubi se ponto per primas extulit oras,
 nascentem quam nec pelagi restinxerit unda,
 220 effrenos animos violentaque pectora finget
 irarumque dabit fletus odiumque metumque

207 Firm. VIII 10, 1: 'in I parte Leonis oritur Canicula quae'
 cet. Cul. 220 220—230 Firm. VIII 10, 1—2: 'effrenatos animos
 ad omne studium praeposteri facinoris applicabunt. erunt...
 qui libenter omnia violentiae studia sectentur, furiosi iracundi
 terribiles minaces, <et> quos omnes homines et oderint pariter
 et metuant. erunt etiam animosi cet. . . . horum cor crebris
 agitationibus palpitat et vox eorum arescentibus faucibus canum
 latratus imitatur, ut impetu et furore commoti aut dentes qua-
 tiant aut attritu semper exacuunt'

203 contextos L consecis *Huet.* 204 quaecumque *Rein.* qui-
 cumque M quodcumque LG poscere ML pascere G 205 pro-
 prios M proprias LG 206 surgit *Scal.* 207 flammis L¹
 208 rabi *Scal.* rapet M rapiet L¹ rapit L²G 209 movente LG
 moventem M 212 nemori L²G nemoris L¹M herbis] undis G¹
 (cf. v. 211) 217 ceu sunt] candent *Jacob* flumine] flamine
Jacob fulmine *Br.* lumine *Scal.* 218 primas *Br.* proximas O
 pronas *Reg.* oras *Scal.* horas O 219 quam nec M si quem L²G
 quem L¹ restinxerit G restrinxerit ML 220 finget L²G fin-
 git L¹M 221 fluctus *Reg.*

totius vulgi. praecurrunt verba loquentis,
ante os est animus; nec magnis concita causis
corda micant et lingua rabit latratque loquendo
morsibus et crebris dentes in voce relinquit. 235
ardescit vitio vitium, viresque ministrat
Bacchus et in flammam saevas exsuscitat iras.
nec silvas rupesque timent vastosque leones
aut spumantis apri dentes atque arma ferarum
effunduntque suas concesso in corpore flammis. 230
nec talis mirere artes sub sidere tali;
cernis, ut ipsum etiam sidus venetur in astris;
praegressum quaerit Leporem comprehendere cursu.
ultima pars magni cum tollitur orta Leonis,
Cretera auratis surgit caelatus ab astris. 235
inde trahit quicumque genus moresque, sequetur
irriguos ruris campos amnesque lacusque
et te, Bacche, tuas nubentem iunget ad ulmos
disponetque iugis imitatus fronte choreas,
robore vel proprio fidentem in brachia ducet 240
teque tibi credet, stirpemque <a> matre resectam

233 Firm. VIII 10, 4: 'erunt etiam <ea> corporis velocitate, ut leporem cursu comprehendant' 234—250 Firm VIII 10, 6: 'in parte XXX Leonis oritur Cratera. quicumque . . . inriguos amabit campos et fontes . . . ad alia derivabit loca. erit vinearum et amator et cultor . . . hic vinum sine admixtione aliqua libenter bibit . . . in dolium vinarium . . . submersus morietur'

222 praecurrunt LG procurrunt M post loquentis *interpunxit* *Bech.* 223 concita Scal. condita O 224 rabit ML¹ rapit L²G
225 relinquit ML² relinquit L¹ reliquit G relidit Br. 227
flammam M flamma LG 228 rupesque M ripasque LG
229 aut V₂ et M at LG 230 corpore M robore LG 231 nec
alis M 232 venetur L² veneretur L¹MG 234 orta M ora LG
235 Cretera M c(a)eteraque LG Crater Scal. 236 sequetur Scal.
sequentur O 238 tuas M tuos LG iunget M iungit LG
239 disponetque LG disponetve M fronte Br. fronde O 240
fidentem M findentem L¹G fundentem L² ducet Scal. ducit O
241 tibi Scal. sibi ML²G cibi L¹ credet V₁ credit O stirpemque
Schneider semper qui O <a> *Bentl.* resectam *Schneider* re-
sectum O

adiunget calamis segetemque interseret uvis;
 quaeque alia innumeri cultus est forma per orbem,
 pro regione colet; nec parce vina recepta
 245 hauriet et miseris et fructibus ipse fruetur
 gaudebitque mero mergetque in pocula mentem.
 nec solum terrae spem credet in annua vota;
 annonae quoque vectigal mercesque sequetur,
 praecipue quas umor alit nec deserit unda.

250 talis effinget Crater, umoris amator.
 iam subit Erigone. quae cum tibi quinque feretur
 partibus ereptis ponto, tollentur ab undis
 cara Ariadnae quondam monumenta Coronae
 et mollis tribuent artes. hinc dona puellae
 255 namque nitent, illinc oriens est ipsa puella.
 illa colet nitidis gemmantem floribus hortum,
 pallentes violas et purpureos hyacinthos
 liliaque et Tyrias imitata papavera luces
 vernantisque rosae rubicundo sanguine florem;
 260 caeruleum foliis viridemve in germine collem
 conseret et veris depinget prata figuris,
 aut varios nectet flores sertisque locabit
 effingetque suum sidus, quin mutua pressos

256—270 Firm. VIII 11, 1 (Corona): 'qui amoenis hortorum delectationibus adhaerescat, odores unguenta . . . desiderans'

242 adiunget *Scal.* adiungit O calamis M t(h)alamis LG palis *Bentl.* interseret *Scal.* interserit O 243 est F et O
 244 colet M colit LG parce L²G parte L¹M 245 et miseris *ego* emiseris O e mustis *Vollmer* e murris *Rossberg* fructibus MG frugibus L fruetur *Scal.* fovetur O 246 mergitque L¹
 247 terra M in anima M 250 Crater umoris *Scal.* craterum moris ML craterum mortis G 251 tibi *Bentl.* ter O feretur *Reg.* feruntur O feratur *Bon.* 255 namque G nam qua ML¹ nam quae L² 256 illa *Br.* (cf. v. 263) ille O ortum LG
 260 caeruleum foliis LG caeruleumque foliis M caeruleumque oleis *Bentl.* germine M gramine LG 261 consereret M
 262 nectet L²G nectit L¹M locavit ML¹ 263 et fingetque M suum ML²G suos L¹ sidus, quin *Bentl.* sidus similesque in M similesque sidus in L¹ similes in L³ similes in G nihil excidisse mihi videtur post sidus, sed numeros retinui editionum *Jacobi et Breiteri*

incoquet atque Arabum silvis mulcebit odores 265
 et Medos unguenta dabit referentia flatus,
 ut sit adulterio sucorum gratia maior.
 munditiae cultusque <placent> artesque decori
 et lenocinium vitae praesensque voluptas.
 virginis hoc anni poscunt floresque Coronae. 270
 at cum per decimam consurgens horrida partem
 Spica feret prae se vallantis corpus aristas,
 arborum ingenerat studium rurisque colendi:
 seminaque in fenus sulcatis credere terris
 usuramque sequi maiorem sorte receptis 275
 frugibus innumeris atque horrea quaerere messi
 (quod solum decuit mortalis nosse metallum;
 nulla fames, non ulla forent ieiunia terris;
 dives erat census saturatis gentibus orbi;)
 et si forte labor ruris tardaverit, artis, 280
 quis sine nulla Ceres, non ullus seminis usus:
 subdere fracturo silici frumenta superque
 ducere pendentis orbes et mergere farra
 ac torrere focis hominumque alimenta parare
 atque unum genus in multas variare figuras. 285
 et quia dispositis habitatur spica per artem
 frugibus et structo similis componitur ordo
 seminibusque suis cellas atque horrea praebet,
 sculpentem faciet sanctis laquearia templis

273sq. Firm. VIII 11, 3 (Spica): 'erit ruralibus officiis semper applicatus' cet. 282sq. Firm. VIII 11, 3: 'facit etiam . . . pistores dulciarios'

266 Medos *Bentl.* medios **O** 268 <placent> *Bentl.* deco-
 rae **F** 272 prae se *Scal.* praesens **O** vallantis **M** valentis **LG**
 279 orbis **CF** 280 ruris **F** iuris **O** artis] artes **LG** actis **M**
 282 fracturo silici *Bentl.* facturos liti **M** facturos luci **L¹G** fac-
 tuos lici **L²** 283 farra **ML²** sacra **L¹G** h. v. post 284 collocat **G**
sed potius 285 post 283 collocandus 285 variare *Scal.* varias-
 que **O** 286 habitatur **ML²** habeatur **L¹G** 287 et structo *Bentl.*
 destructos **ML** exstructos **G** 289—293 *antiqua (prima?) manus*
inscripsit in L (in m. olim lacuna; restituimus L⁸) hi versus
infra reiciendi G (man. rec. in m.)

- 290 condentemque novum caelum per tecta Tonantis.
 haec fuerat quondam divis concessa figura;
 nunc iam luxuriae pars, et triclinia templis
 concertant; tectique auro iam vescimur auro.
 sed parte octava surgentem cerne Sagittam
 295 Chelarum. dabit et iaculum torquere lacertis
 et calamum nervis glebas et mittere virgis
 pendentemque suo volucrum deprendere caelo,
 cuspide vel triplici securum figere piscem.
 quod potius dederim Teucro sidusve genusve,
 300 teve, Philoctete, cui malim credere parti?
 Hectoris ille faces arcu teloque fugavit,
 mittebat saevos ignes qui mille carinis;
 hic sortem pharetra Troiae bellique gerebat
 maior et armatis hostis subsederat exul.
 305 quin etiam ille pater tali de sidere cretus
 esse potest, qui serpentem super ora cubantem,
 infelix, nati somnumque animamque bibentem
 sustinuit misso petere ac prosternere telo.
 ars erat esse patrem; vicit natura periculum
 310 et pariter iuvenem somnoque ac morte levavit
 tunc iterum natum et fato per somnia raptum.
 at cum secretis improvidus Haedus in astris
 erranti similis fratrum vestigia quaerit
 postque gregem longo producit intervallo,

295 sqq. Firm. VIII, 12, 1 (Sagitta): 'erit iaculator sagittarum, qui volantes aves . . . percutiat aut pisces tridente vel cuspide . . . figat intrepidus' 312 Firm. VIII 12, 3: 'in Librae parte XV oritur Haedus', cf. Boll Sph. 298, 2.

290 Tonantis *Reg.* tenacis **O** 292 et *om.* **M** est *Scal.* 295 lacertis **ML**¹**G** sagittis **L**² 297 deprendere **L** 299 potius *Scal.* totius **M** totius **LG** Teucro *Reg.* tecicro **O** 300 tene **M** malim **L**² mallim **L**¹**G** mallum **M** 301 teloque **G** telumque **M** telaque **L**¹ et tela **L**² 302 mittebat saevos ignes qui *Ellis* mittebatque suos ignes et **O** sistebatque suis ignes et *Rosberg* 303 sortem pharetra *Bentl.* orta in pharetra **M** ortam pharetram **LG** bellique *Bentl.* bellumque **O** 307 somnumque *Bon.* sonumque **O** sucumque *Immisch* bibentem **L**²**G** viventem **L**¹**M** 310 levabit **L**¹ 311 natum] nato **M** fato *Reg.* fatum **O** 312 cum] quu **L**¹

sollertis animos agitataque pectora in usus 315
 effingit varios nec deficientia curis
 nec contenta domo; populi sunt illa ministra
 perque magistratus et publica iura feruntur.
 non illo coram digitos quaesiverit hasta
 defueritque bonis sector poenamque lucretur 320
 noxius et patriam fraudarit debitor aeris;
 cognitor est urbis. nec non lascivit amores
 in varios ponitque forum suadente Lyaeo,
 mobilis in saltus et scaenae mollior arte.
 nunc surgente Lyra testudinis enatat undis 325
 forma per heredem tantum post fata sonantis,
 qua quondam somnumque feris Oeagrius Orpheus
 et sensus scopulis et silvis addidit aures
 et Diti lacrimas et morti denique finem.
 hinc venient vocis dotes chordaeque sonantis 330
 garrulaque in modulos diversa tibia forma
 et quodcumque manu loquitur flatuque movetur.
 ille dabit cantus inter convivia dulcis
 mulcebitque sono Bacchum noctemque tenebit;
 quin etiam curas inter secreta movebit 335
 carmina, furtivo modulatus murmure vocem,
 solus et ipse suas semper cantabit ad auris,

318sq. Firm. VIII 12, 3: 'erit etiam obsequiis magistratum
 deputatus' cet. 324 Firm. VIII 12, 3: 'aptus ad saltandum
 et scaenicas artes [pro] studiosa animositate <per> discens'

315 pectora G pectore ML 316 effingit G et fingit ML
 319 illo ML¹ ullo L²G coram Gron. curam O digitos Bentl.
 digito O quaesiverit Bentl. quae iuverit M qui iuverit LG
 hastae G 320 defuerit M 321 fraudaret L¹ 322 urbis M
 verbis LG amores Reg. amoris ML¹ amaris L²G 323 ponit-
 que L²G ponetque L¹M suadente Bentl. suadetque O 324 mo-
 bilis Scal. nobilis O scaenae] scenae L² senae L¹ staenae M
 seve G arte ML¹G ire L² actor Jacob 326 post fata M prae-
 fata LG 327 somnumque ML² sonitumque L¹G feris Bentl.
 ferens O 330 vocis dotes Reg. voces dotis O chordaeque
 Pingreus horeaeque M boreaeque LG sontis L¹ 331 garru-
 laque in V^{en} garrulaque M garrula quae LG 334 noctem-
 que M noctesque LG 336 carmina M carmine LG 337 can-
 tabit G cantavit ML

sic dictante Lyra, cum pars vicesima sexta
Chelarum surget, quae cornua ducit ad astra.

- 340 quid regione Nepae vix partis octo trahentis
Ara ferens turis stellis imitantibus ignem
(in qua devoti quondam cecidere Gigantes;
nec prius armavit violento fulmine dextram
Iuppiter, ante deos quam constitit ipse sacerdos) —
345 quos potius finget partus, quam templa colentis
atque auctoratos in tertia iura ministros
divorumque sacra venerantis numina voce,
paene deos, et qui possint ventura videre?
quattuor appositis Centaurus partibus effert
350 sidera et ex ipso mores nascentibus addit.
aut stimulis agitabit onus mixtosque iugabit
semine quadrupedes aut curru celsior ibit
aut onerabit equos armis aut ducet in arma;
ille tenet medicas artes ad membra ferarum
355 et non auditos mularum tollere morbos.
hoc est artis opus, non expectare gementis
et sibi non aegrum iam dudum credere corpus.
hunc subit Arcitenens, cuius pars quinta nitentem

345sq. Firm. VIII 13, 1 (Ara): 'erunt sacerdotes prophetae neocori' cet. 349—355 Firm. VIII 13, 3 (Centaurus): 'auriga erit aut equorum nutritor . . . aut mulomedicus' cet. 358—364 Firm. VIII 14, 1 (Arcturus): 'huic opes regiae credentur aut aerarium populi . . . cura illis populi credetur aut fiunt domus regiae ianitores aut quibus . . . credantur'

338 sic dictante *Pingreus* hic distante **ML²G** hinc distante **L¹**
339 surgent **L¹** ducit **M** ducet **LG** *hemistichia* cum pars vicesima sexta (v. 338) et quae cornua ducit ad astra *sed s inter se mutare iussit Pingreus* 340 quid **M** quod **LG** Nepae vix *Scal.* parvis **L¹** pavis **M** pari vix **L²G** 341 ferens] feret *Br.* 343 dextram **L²G** dextra **M** dextro **L¹** 345 quos *Reg.* quod **O** finget *Scal.* fingent **O** partus *Fuyus* ortus **O** 347 voce *Scal.* voces **O**
348 possint **M** possunt **LG** 350 sidera **M** sidere **LG** mores *Reg.* more **ML** morem **G** 351 agitabit *Jacob* agitavit **ML¹** agit **L²G** onus **M** aut omis **L¹G** aut omes **L²** mixtosque **G** mixtasque **ML**
352 curru **L²G** currus **L¹M** 353 onerabit **L²G** oneravit **L¹M** 354 medicas *Reg.* medias **O** ferorum *Bentl.* 355 mularum *Postg.* mutarunt **O** mutarum *Reg.* mutorum *Bentl.* 357 aegrum **F** aegros **O**

Arcturum ostendit ponto; quo tempore natis
 fortuna ipsa suos audet committere census, 360
 regalis ut opes et sancta aeraria servant,
 regnantes sub rege suo rerumque ministri,
 tutelamque gerant populi, domibusve regendis
 praepositi curas alieno limine claudant.

Arcitenens cum se totum produxerit undis, 365
 ter decuma sub parte feri formantibus astris
 plumeus in caelum nitidis Olor evolat alis.

quo surgente trahens lucem matremque relinquens
 ipse quoque aërios populos caeloque dicatum
 alituum genus <in> studium censusque vocabit. 370

mille fluent artes: aut bellum indicere mundo
 et medios inter volucrum prensare meatus,
 aut nidis captare suis ramove sedentem,

pascentemve super surgentia ducere lina, 375
 atque haec in luxum; iam ventri longius itur
 quam modo militiae; Numidarum pascimur oris

Phasidos et lucis; arcessitur inde macellum,
 unde aurata novo convecta est aequore pellis.
 quin etiam linguas hominum sensusque docebit

aërias volucres novaque in commercia ducet 380
 verbaque praecipiet naturae lege negata.

371sq. Firm. VIII 14, 3 (Cygnus): 'aut aves capiet aut aves
 mercabitur' 379sq. Firm. VIII 14, 3: 'aut ingenioso studio
 avibus humanae sonum vocis insinuat' (385) 'aut palumbos
 studiose nutrit'

359 natis L²G nantis L¹M 361 opus ML¹ sancta M s̄ca LG
 servant L fervent G servit M 362 regno ML¹ 363—364 post
 362 posuit Scal., post 374 exhibent O 363 gerunt G 364 li-
 mine Scal. lumine M limite LG claudunt G 367 nitidis olor
 evolat alis Reg. nitidis olore volantis LG ut tibi solore volat
 alis M 370 alituum G² altiumque G¹ alitumque M alituum-
 que L <in> Huet. vocavit L¹ 371 fluant L¹ 372 pren-
 sare L²G pensare L¹M 373 nidis captare Bentl. nitidos cla-
 mare MLG¹ nidis damnare G² 374 ducere M dicere LG¹ dei-
 cere G² lina M luna L¹ vina L²G 376 oris M horis LG
 377 lucis Scal. ducis ML dulcis G 378 convecta G effecta ML¹
 confecta L² devecta Jacob 380 novaque L²G novasque L¹M
 ducet G ducit ML 381 necata ML¹

- ipse deum cygnus condit vocemque sub illo,
 non totus volucer, secumque immurmurat intus.
 nec te praetereant, clausas qui culmine summo
 385 pascere aves Veneris gaudent et reddere caelo
 ac certis revocare notis; totamve per urbem
 qui gestant caveis volucres ad iussa paratas,
 quorum omnis parvo consistit passere census.
 has erit et similis tribuens Olor aureus artes.
 390 Anguitenens magno circumdatus orbe Draconis
 cum venit in regione tuae, Capricorne, figurae,
 non inimica facit serpentum membra creatis;
 accipient sinibusque suis peploque fluenti
 osculaque horrendis iungent impune venenis.
 395 at cum se patrio producet in aequore Piscis
 in caelumque ferens alienis finibus ibit,
 quisquis erit tali capiens sub tempore vitam,
 litoribus ripisve suos circumferet annos
 pendentem et caeco captabit in aequore piscem
 400 cumque suis domibus concha valloque latentis
 protrahet immersus. nihil est audere relictum;
 quaestus naufragio petitur corpusque profundo
 immisum pariter cum praeda exquiritur ipsa.
 nec semper tanti merces est parva laboris:
 405 censibus aequantur conchae lapidumque nitore;

390—394 Firm. VIII 15, 1 (Ofiuchus): 'erunt Marsi qui . . .
 mitigent' 410—417 Firm. VIII 15, 3 (Lyra): 'erunt . . . vin-
 dices scelerum, quibus publica iudicia quaestionesque credan-
 tur. . . erunt tortores carnifices, cf. Boll Sph. 400

385 Veneris gaudent **M** gaudent Veneris **LG** redere **L** caelo
Jacob caecos **O** 386 ac *Bentl.* aut **ML²G** at **L¹** 387 gestat **L¹**
 389 has erit **M** haeserit **LG** olor aureus *Reg.* olo taureus **M**
 color aureus **LG** 390 Anguitenens *Scal.* et quitenens **M** ar-
 citenens **L²G** arcetenens **L¹** 393 accipient **G** accipiunt **ML**
 sinibusque **L²** senibusque **MG** sensibusque **L¹** peploque **GC** po-
 puloque **ML** fluenti **G** fluentis **ML** 395 ac **M** producit **L**
 in] ab *Scal.* Piscis **L²G** pisces **L¹M** 397 erit **M** est **L¹G** is
 est **L²** 398 ripisve **M** ripisque **LG** 401 immersus **ML²** im-
 mensus **L¹G** 403 cum *Reg.* quam **O** exquiritur **M** exequitur **LG**
 404 tanti **G** tanta **ML** 405 lapidumque nitore *Dorvillius* ra-
 pidumque notore **ML¹** rapidumque notari **L²G**

vix quisquam est locuples. oneratur terra profundo.
 tali sorte suas artes per litora tractat
 aut emit externos pretio mutatque labores
 institor aequoreae varia sub imagine mercis,
 cumque Fidis magno succedunt sidera mundo, 410
 quaesitor scelerum veniet vindexque reorum,
 qui commissa suis rimabitur argumentis
 in lucemque trahet tacita latitantia fraude.
 hinc etiam immitis tortor poenaeque minister,
 et quisquis verove favet culpamve perodit, 415
 proditur, atque alto qui iurgia pectore tollat.
 caeruleus ponto cum se Delphinus in astra
 erigit et squamam stellis imitantibus exit,
 ambiguus terrae partus pelagoque creatur.
 nam velut ipse citis perlabitur aequora pinnis, 420
 nunc summum scindens pelagus nunc alta profundi,
 et sinibus vires sumit fluctumque figurat,
 sic, venit ex illo quisquis, volitabit in undis:
 nunc alterna ferens in lentos bracchia tactus
 explosa resonabit aqua, nunc aequore mersas 425
 diducet palmas furtivus remus in ipso,
 nunc in aquas rectus veniet passumque notabit
 et vada mentitus reddet super aequore campum;

418sq. Firm. VIII 15, 2 (Delfinus): 'habebit natandi studium
 urinator erit'

406 quisquam **ML** umquam **G** 407 sorte *Reg.* forte **O**
 408 mittatque **L**¹ 409 institor **MG**² insitor **LG**¹ sub] sibi **L**
 410 sidere **L**¹ 413 latitantia *Scal.* latentia **O** 415 verove
 favet *Jacob* vero favet **ML**¹ vero favit **L**²**G** 416 pectore **G**
 pectora **ML** 418 exit] est sic **M** 419 creatur **M** creatus **LG**
 420 velud **L** pinnis **M** pennis **LG** 422 sinibus *Rein.* seni-
 bus **O** sumit **G** sumet **ML** fluctumque **M** fructumque **LG**
 424 nunc **F** huic **M** hinc **LG** tractus *Scal.* 425 explosa *Jacob*
 et plausa **O** resonabat **G** mersas **MG** mersus **L** *post h. v. se-*
quitur: et senibus iure sonabit aqua nunc aequore mersas **M**
(cf. v. 422), eadem verba in L, sed deleta 426 diducet *Bentl.*
 dicutet **M** deducet **LG** furtivus *Bentl.* furtivo **O** remus **G**² re-
 nus **M** remis **LG**¹ 427 passumque **O** passimque **F** passuque
Bentl. notabit **LG** notavit **M** natabit *Reg.* 428 reddet **L**²**G**
 reddit **L**¹**M** aequore **M** aequora **LG**

aut immota ferens in tergo membra latusque
 430 non onerabit aquas summisque accumbet in undis
 pendebitque super; tutum sine remige votum est.
 illis in ponto iucundum est quaerere pontum,
 corpora qui mergunt undis ipsumque sub antris
 Nerea et aequoreas conantur visere Nymphas
 435 exportantque maris praedas et rapta profundo
 naufragia atque imas avidi scrutantur harenas.
 par ex diverso studium: sociatur utrumque
 in genus atque uno digestum semine surgit.
 adnumeres etiam illa licet cognata per artem
 440 corpora, quae valido saliant excussa petauro
 alternosque cient motus; elatus et ille
 nunc iacet atque huius casu suspenditur ille;
 membrave per flammam orbemque emissa flagrantis
 molliter ut liquidis per humum ponuntur in undis
 445 delphinumque suo per inane imitantia motu
 et viduata volant pinnis et in aëre ludunt.
 at si deficient artes, remanebit in illis
 materies tamen apta; dabit natura vigorem
 atque alacres cursus campoque volantia membra.
 450 sed regione means Cepheus umentis Aquari
 non dabit in lusum mores; facit ora severa,

436 Lucan. III 698: 'scrutarique fretum' 440 Firm. VIII
 15, 2: 'petauristarios' 449 ibid.: 'aut certe nautas cursus
 agilitate perspicuos' 450-459 Firm. VIII 15, 4 (Cepheus):
 'erunt graves austeri . . . vultum semper ex morum integritate
 fingentes . . . tales fuerunt apud veteres Catones'. § 5: 'arte
 tragica carmina aut legunt semper aut faciunt'

431 tutum G totum ML votum] velum Bentl. 432 iocun-
 dum L¹G 433 corporaque immergunt Bentl. 437 par Scal.
 pars O studium M studuit L¹ studet et L²G 438 in genus G
 ingemis M ingeminus L¹ ingeniis L² atque] aque Bentl.
 439 adnumeres Rein. ad numeros O illa G ulla ML 441 ela-
 tus Scal. delatus O 442 nunc L hunc M huc G 444 mol-
 liter] tollitur L 445 Delphinumque G delphinamque ML suo
 . . . imitantia motu Scal. suos . . . natantia (natanta M) motus O
 446 pinnis L¹ pinus M pennis L²G in om. L 448 apta Reg.
 acta O 449 volantia Bon. vocantia O 451 illusum G
 severa Scal. severare M severae LG

frontis ac vultus componit pondere mentis.
 pascentur curis veterumque exempla revolvent
 semper et antiqui laudabunt verba Catonis
 tutorisque supercilium patruive rigorem 455
 component, teneros etiam qui nutriat annos
 et dominum dominus praetextae lege sequatur,
 quodque agat, id credat, stupefactus imagine iuris.
 quin etiam tragico praestabunt verba cothurno,
 cuius erit quamquam in chartis stilus ipse cruentus; 460
 nec minus et scelerum facie rerumque tumultu
 gaudebunt: Atrei luxum memorare sepulcri
 ructantemque patrem natos solemque reversum
 et caecum sine sole diem; Thebana iuvabit
 dicere bella uteri mixtumque in fratre parentem, 465
 quaerere Medae natos fratremque patremque,
 hinc vestis, flammam illinc pro munere missas
 aëriamque fugam votosque ex ignibus annos:
 mille alias rerum species in carmina ducent.
 forsitan ipse etiam Cepheus referetur in actus. 470
 et si quis studio scribendi mitior ibit,
 comica componet laetis spectacula ludis,
 ardentis iuvenis raptasque in amore puellas
 elusosque senes agilesque per omnia servos,
 quis in cuncta suam produxit saecula vitam 475

462 Lucan. VII 183: 'gaudet monstribus mentisque tumultus'
 cet.

452 mentis **M** mentes **LG** 453 revolvent **G** revolvit **ML**
 455 tutorisque *Jacob* totorisque **M** totorisve **L¹** tutorisve **L²G**
 456 componet *Scal.* 457 dominus **M** dominis **LG** praetex-
 tae **M** praetexta **LG** 458 agat **ML** agit **G** 459 tragico *Reg.*
 tragica **O** 460 chartis *Scal.* cartis **LG** carthis **M** cruen-
 tus **L²G²** cruentis **ML¹G¹** 461 et **L²** haec **L¹MG** hac *Jacob*
 462 Atrei *Jacob* atri **LG** *E. Müll.* auri **M** sepulchri **L²G** sepul-
 chra **L¹M** 463 ructantemque **ML** luctantemque **G** natos **ML**
 nato **G** 466 quaerere **G** quere **ML** Medae *Reg.* tunc dee
 (deae) **O** 467 per **L¹** 468 votosque **M** nectosque **LG**
 469 alias *Reg.* aliae **O** ducent **LG** ducant **M** 470 Cepheus]
 Cefeus **M** Cestus **L¹** gestus **L²G** actus *Scal.* actis **O** 472 com-
 ponet **L²G** componit **L¹M**

doctior urbe sua linguae sub flore Menander,
 qui vitae ostendit vitam chartisque sacrauit.
 et si tanta operum vires commenta negarint,
 externis tamen aptus erit nunc voce poëtis,
 480 nunc tacito gestu, referetque affectibus ora
 et sua dicendo faciet solusque per omnis
 ibit personas et turbam reddet in uno;
 aut magnos heroas ager scaenisve togatos;
 omnis fortunae vultum per membra reducet,
 485 aequabitque choros gestu cogetque videre
 praesentem Troiam Priamumque ante ora cadentem.

nunc Aquilae sidus referam, quae parte sinistra
 rorantis Iuvenis, quem terris sustulit ipsa,
 fertur et extentis praedam circumvolat alis.
 490 fulmina missa refert et caelo militat ales
 bis sextamque notat partem fluvialis Aquari.
 illius in terris orientis tempore natus
 ad spolia et partas surget vel caede rapinas;
 cumque hominum dederit strages, dabit ille ferarum
 495 nec pacem a bello, civem discernet ab hoste;
 ipse sibi lex est, et qua fert cumque voluntas,
 praecipitant vires; laus est contemnere cuncta.

493—504 Firm. VIII 16, 1—2 (Aquila): 'ex caede hominum et
 ex spoliis habebunt vitae subsidia. capient etiam feras . . .
 erunt sane tanta virtute, ut . . . ad laudem suam prospere
 credant, si mortem secunda animositate contempserint.' . . .
 'faciet praepositos tribunos ministros imperatorum'

476 doctior **ML** doctor **G** urbe **G** orbe **ML** sua **O** 477 vitae
Scal. vita **O** chartisque *Scal* charusque **M** carusque **LG** cursus-
 que **F** 479 externis **C** hest-rnis **O** aptus *Reg.* actus **O** 480 ta-
 cito **M** tanto **LG**¹ tantum **G**² refertque **L**¹ affectibus **G** adfecti-
 bus **M** ad foetibus **L** 482 reddit **L**¹ 483 magnos **L**² magnus
L¹**MG** heroas **L**² heruas **L**¹**G** haeruas **M** scaenisve togatos *Br.*
 scenisque togatus **O** *versum eiecit Benth.* fortasse ponendus
 post 484 485 aequabitque **L**²**G** aequabit **L**¹**M** 487 referamque
 partes in astra **M** 488 rorantis **L**² rotantis **L**¹**M** portantis **G**
 quem] quae **G** 489 extentis *Reg.* externis **O** 490 ales *Bon.* alis **O**
 491 Aquaris **G** 492 natis **L**¹ 493 partas **M** partes **LG**
 495 pacem a **G** pace ac **ML** discernet **MG** discernit **L** 496
 tibi **L** 497 contemnere *ego* contenere **M** contendere **LG**

et si forte bonis accesserit impetus ausis,
 improbitas fiet virtus; et condere bella
 et magnis patriam poterunt ornare triumphis. 500
 et quia non tractat Volucris sed suggerit arma
 immissosque refert ignes et fulmina reddit,
 regis erit magnive ducis per bella minister
 ingentisque suis praestabit viribus usus.
 at cum Cassiope bis denis partibus actis 505
 aequorei iuvenis dextra de parte resurgit,
 artifices auri faciet, qui mille figuris
 vertere opus possint caraeque acquirere dotem
 materiae et lapidum vivos miscere colores.
 hinc augusta nitent sacratis munera templis, 510
 aurea Phoebis certantia lumina flammis,
 gemmarumque iubar, radiantes lucibus ignes.
 hinc Pompeia manent veteris monumenta triumphi
 et Mithridateos vultus induta tropaea,
 non exstincta lue semperque recentia flammis. 515
 hinc lenocinium formae cultusque repertus
